duplex est causa. Prima est q si geminaret dicendo mormordi esset turpis sonus: et io ad remouendum turpe sonu non geminatur sic. secunda causa est ad remouendu dubiu: ne crederet aliquis q si diceretur mormordi q esset epizensis quando geminatur sillaba: vt leleges et tutudi. et ne crederet aliquis q ibi esset epizensis non gemiat tota sillaba: sed prima mutat cu vocali. Item obiicitur de spondeo qr non dicimus spopodi gemina do. s. que precedit vocale ergo adhuc non e solutio. Dicend est q sicut. d. pe. he. q in veritate debemus dicere spospondi: sed propter sonu turpem et nimiu sibilu qui importatur per s. non gemiatur. vnde sciendum est q non sunt nisi quattuor verba que tenent istaz regulam. vnde versus. Mordeo spondeo tondeo pendeo dic geminare. Iste enim coditiones tanguntur in his versibus. Ante deo veniens. per hoc remouetur quelibet vocalis sicut apparet in candeo. liquida mediante. per hoc patet q si sit verbum habens vocale ante deo liquida non mediante: non tenet illam regula vt tedeo: si muta vel m. per hoc patet q si ponatur alia littera q m. vel muta: non tenet regulam sicut sordeo. E vel o si iuncta sit mute. per hoc patet q si alia littera interponatur inter e vel o et muta non tenet regula. vt splendeo et frondeo. Lex tenet. d. q talia que gemiant preteritu faciut di. per illam regula immediate iunctam Si breuis est e vel i. Construe. lex iuncta cotinue id est immediate. s. Si breuis est, e uel i. tenet ista verba et talia faciunt di. et ista est sem per accusatiui casus. si non. i. si non gemiat lex predicta. s. Si breuis est. non tz ista: sicut splendeo quod no facit di: sed dui. per regula sequentem.

Si componantur geminantia: non geminantur
Lex erit hec cunctis. po/sto/do/discq remotis.
Do sto composita geminabunt: poscoq disco
Curro tamen cum pre geminat: sic pungere cum re

Addit remouendo dubiu. et dicit q dictum est q verba habetia e vel o ante deo liquida interposita si habeant m. vel muta ante e. vel o talia geminant prima sillaba in preterito. et qr aliquis crederet q plr geminarent sua composita. illud dubium remouet dices q si talia componantur non geminantur in preterito vt remordeo remordi et no remomordi. et sic de aliis. et est exceptio ab illa regula simpliciu norma. Lex erit. d. q ista regula est generalis in qualibet coiugatione. qr illa que geminant prima sillabam in preterito amplius non geminantur si componantur. vt expendo. di. vnde male dicitur expependi quinqz florenos. Sed obiicitur de bibo qr geminat primam sillabam dicedo bibi in preterito si componatur adhuc geminatur dicendo ebibi. quare zc. Dicendu e q act. bene intelligit de illis que geminant in preterito non aut in presenti. quare non vz. Posto do. d. q ista posco disco sto et do quando componutur adhuc geminantur. vt addidi. didisci astiti depoposci: similiter curro quando componitur cum pre: vt precucurri no aut si componatur cum alio. Quidam habent hunc versu. Precurro zc. sed non debet habere qr esset superfluus cu de precurro dictu sit. splendeo tenet ista regula que sequitur.

Vocalis longa vel ar ante deo geminansqz
Et que preponunt e vel i breuem. sic patefiunt.
Hec preter per ui deo preterit. excipe prandi
Pransus sum iunge: neutropassiua secunde.

Epilogat dicens q verba habentia litteram longam vel ar ante deo et illa que habent e vel i breuem ante deo et geminantia prima sillabam in preterito patet per predictas regulas. sed omnia alia terminata in deo que no possunt haberi per regulas predictas faciunt preterita in ui: vt splendui studui. Excipe. dicit q prandeo excipitur qr facit prandi et pransussum. Sed obiicitur contra actorem qr pris. dicit q prandeo facit prandi nullam mentionem faciens de pransussum. vel ergo prisc. est diminutus vel actor iste superfluus. Dicendu est q prandeo facit proprie prandi. et si faciat pransussu hoc multu gene

raliter.vnde pris.loquitur secundum vsum suum.et in vsu suo non erat pransussum nec sunt contrarii. Junge potest glosari tripliciter.iunge neutropassiua huic quod est pran deo es.et est verũ qꝛ sicut prandeo es.non tenet regulam datam per epilogationem .sic neutropassiua.vel iunge quantum ad hoc ꝙ facit pransussum.qꝛ facit similiter accipien do preteritum participii terminatum in sus cum hoc verbo sum.vel iunge preteritũ ad supinũ.qꝛ sicut prandeo facit pransussum:sic neutropassiua. Jtem obiicitur qꝛ non docet que sunt illa neutropassiua que iunguntur huic qđ est prandeo. quare videtur esse dimi nutus. Dicendum est ꝙ illud quod minus dicit hic corriget inferius in caplo de defecti uis vbi dicit. Audeo cũ soleo.quare non est diminutus.

Dans deo si vel di: geminans ve supina dat in sum.
Gaudeo gauisum prebet:vult regula gausum.
Sic sedeo sessum reddit:tamen s geminando.

Determinat de supinis verborum terminatorũ in deo et dicit ꝙ verba terminata ĩ deo facientia preterita sua in di vel in si et illa que geminant faciunt supina sua in sum :vt rideo rides risi.sũ.video di.sũ.mordeo momordi morsũ.Sed videtur ꝙ frustra ponat ge minans.qꝛ illa que geminant faciunt preteritum suum in di.quare superflue ponit ge/ minans.Ad hoc dicendum est ꝙ ponit geminans ad remouendum diuersitatem in for matione supinorum inter ista que geminant et illa que non geminant . quia illa q̄ non geminant formant supinum suũ di.in preterito conuersa in sum. vt video di. sũ. sed ista que geminant preteritum formant supinũ suum remouendo vnam sillabam et mutan do vt momordi morsũ spopondi sponsũ quare non valet. Sic sedeo.dicit ꝙ sedeo facit sessum geminando s.vnde excipitur non quantum ad terminationem: sed quantum ad modum formandi.ratio quare geminat s.dicit pris.ꝙ est:qꝛ si diceremus sesum videret̄ esse due dictiones.et ne videantur esse due dictiones geminatur s.Similiter gaudeo ex cipitur quantum ad modũ formandi et nõ quantũ ad terminationem.qꝛ bene termia/ tur in sum.deberemus enim dicere gausum et dicimus gauisum . et exponitur duplicit sed regula.i.regularis formatio et regularis modus formandi vult gausum . prio quia antiqui dicebant gausi et si in sum conuersa debemus dicere gausum et hoc est quantũ ad antiquos.vel regula i.regularis modus formandi quantum ad modernos:qꝛ deo cõ uersa in sum deberet facere gausum et facit gauisum interponendo i.inter u et s. secun dum ꝙ d.pris.causa euphonie.

Preteriens in ui dat itum:nullum ve supinum.

Dicit ꝙ verba facientia preteritum suũ in ui.faciunt supina sua in itum vel carent supino.Sed videtur ꝙ actor sit diminutus qꝛ dicit ꝙ faciunt in itum vel ꝙ carent supio nec docet que sunt ista. Dicendum ꝙ actor tangit duo.s.vsum et artem. vnde talia que faciunt secundum artem non carent supino vt strideo et studeo.et bene facit studitum: candeo canditum.sed secundum vsum carent supino vt dicit pris.rarissime tamen ab oi bus neutris secunde coniugationis que per ui.diuisas facere per itum inuenio vel hui9 participium futuri.

Si facit l vel r ante geo:xi littera longa.
Vel dipthongus habet:per ui geo cetera format.

Dicit ꝙ verba habentia l vel r.ante geo faciunt preterita sua in si.vt fulgeo fulsi tugeo tusi.Nota ꝙ aliqui dixerunt ꝙ mulgeo facit mulxi per x.ad differentiam de mulceo es. qđ facit mulsi per s.sed istud non est verum imo secundũ vg.pro vtroqꝫ facit mulsi per s. qꝛ actor esset diminutus cũ non excipit ipsũ.vnde mulceo duo significat.idem est ꝙ dile/ ctor.idem est ꝙ mitigo et mulgeo idẽ est ꝙ mungere.vnde magister.Bñ.in summa sua Mulceo delector et mitigo:mulgeo mungo.Et mulsum mulsi querit vtrũqꝫ sibi.xi lr̄a dicit ꝙ verba habentia litterã naturaliter longã ante geo vel diptongũ faciunt preteri

tum in xi. vt lugeo luxi. augeo auxi. Sed videtur ꝙ frustra ponat diptōgum qꝛ illa q̄ habent diptongū ante geo habent litteram longā. dicendū est ꝙ sicut dictū est actoꝛ intelligit de habētibus vocalē naturaliter longam et per se ante geo. sed diptongus habet per conglutinationem duarum vocaliū. ideo non valet. Sed obiicitur de frigeo qꝛ habꝫ vocalem longā ante geo et tamen facit ui. nec actoꝛ excipit ergo male. vnde in legenda beati Bernardi. friguit caritas. illud idē dicit vg. ꝙ frigeo facit frixi et frigui. Dicendum est ꝙ frigeo facit frixi. et qꝛ actoꝛ iste insequitur pris. et qꝛ pris. nunꝙ̄ fecit mentionem de isto preterito frigui. iō nec actor iste. Vel est dicendū ꝙ facit si per istā regulam xi littera lon. et ui. per istā regulā In ui geo. quare non ē diminutus. In ui geo. d. ꝙ alia verba terminata in geo q̄ nō possunt cōtineri sub regulis spālibus faciūt preterita sua i ui. vt egeo egui. vigeo vigui. rigeo rigui.

Prebet ui nullum. si per sum. xiqꝫ facit ctum.
Dic tamen indultum: sed procreat vrgeo nullum.

Dicit ꝙ verba facientia ui. in preterito carent supino. vt rigeo rigui et sic de aliis. sed illa que faciunt in xi faciunt in ctum. vt lugeo luxi luctum. sed illa que faciunt si faciūt in sum. vt fulgeo fulsi fulsū. Dic tamen indultum. d. ꝙ indulgeo facit indultū licꝫ faciat si vndeo indulgeo cōponitur de in et algeo quod est frigesco. vnde idulgeo quattuoꝛ significat. idē est ꝙ dare cum dicitur indulgeo uobis quindecim dies venie. et hoc modo ē actiuum. et idē est ꝙ vaco vel operam do cum dicitur indulgere gule. et sic est neutrū. vnde versus. Indulget donat vacat parat ac operā dat. Sic est actiuum. sic est neutrale repertum: Item notandū ꝙ frico frigeo et frigo. faciunt supina per ctum. vnde magister Bn̄ Hec tria dant frictum frigo frigeo frico supinum. Sed procreat. quidā dicunt ꝙ vrgeo caret preterito et supino. ad differētiam huius nominis vrsus. vnde versus. Vrgeo preterito vrsi sumqꝫ supino. Eiusdem vocis nec possunt nomina credi. sed istud est contra vg. et pris. dicunt enim pris. et vg. ꝙ vrgeo facit vrsi et vrsū. et quando dicit actoꝛ ꝙ caret supino loquitur secundū vsum qꝛ secundum artē nichil repugnat quin possit habere. nota ꝙ preterita et supina deficiunt propter quattuoꝛ. Primo secundum vsum. vt fero fersi tuli et non est preteritum de fero qꝛ fero caret preterito sed accipit ab alio. secundo deficit preteritum propter turpē sonū. tertio causa differentie. vt vado vasi non facit ad differentiam de vas vasis. quarto deficiunt preterita gratia inchoationis. vt feruesco. ꝛc.

Addita muta leo facit eui: viqꝫ facit tum.

Dicit ꝙ verba terminata in leo muta precedente faciunt preterita sua in eui et supina vi. mutata in tum. vt fleo fleui fletum. repleo repleui repletū. Hic nota ꝙ debet intelligi muta ante leo in prima sillaba. qꝛ si sit in diuersis sillabis non tenēt regulā. secūdo ꝙ quidā crediderūt ꝙ ui qd̄ facit tum. sit re. generalꝭ qd̄ non est verū propter duo. prīo qꝛ alie regule que sic dantur essent superflue. scd̄o qꝛ non excipit oīa alia q̄ debēt excipi.

Sic leo sic oleo de se facit omne creatum:
Et quandoqꝫ tamen olui reperitur itumqꝫ.
Ex oleo per ui venientia dic et in eui.
Duplex preteritum reddit: duplexqꝫ supinum
Etum vel per itum. dicas adolere per vltum.
Hinc et adultus erit.

Ponit doctrinā dicens ꝙ leo et oleo faciunt supina sua q̄admodū illa que habent mutam ante leo: vt oleo oleui oletū. Nota ꝙ debet glosari om̄e creatū. i. om̄e preteritū ꝛ supinū. Si queratur quomō preterita faciunt. Dicendū est ꝙ faciūt eui per illā regulam Simpliciū noꝛma. vel potest glosari omne creatū. i. om̄e cōpositum. et si queratur quomodo faciunt preterita per illā regulā Simplex cōpositi. tertio pōt glosari om̄e creatū

id ē om̄e formatum ab ip̄o tam per cōpōnem q̄ per deriuationē ita q̄ cōprehēdātur tā preterita q̄ supina. Et qn̄qȝ. d. q̄ oleo aliqn̄ facit preteritum suum in ui et supinū in itū vt redoleo lui vel leui litū vel letū. Ex oleo. d. q̄ composita de oleo faciūt preterita in eui et in ui. et supina in etū et in itum. si dicatur q̄ videtur q̄ iste versus sit superfluus cum possit haberi per hoc q̄ dictū ē de suo simplici. Dicendū q̄ repetit vt addat q̄ adoleo facit adultū. Hic no. q̄ oleo duo significat. vno modo idē ē q̄ malū odorē emittere. aliquā do idē est q̄ redolere. et idō vt signa signatis respondeant hūit duplex preteritū. vnde oleo licet ista duo significauerit alias. tamen modo nō significat. vnde versus. Nil differre solent olet et redolet: modo distant. Nam redolet virtus multū fetens olet prcus. Secūdo nota. q̄ habent duplex supinū. et ratio huius ē q̄ ad multitudinē cause sequitur multitudo effectus sed ista habent duplex preteritū qđ est causa supini quare habent duplex supinū. tertio nota q̄ adoleo habet triplex supinum. sed oleo solū hȝ duplex et alia cōposita. adoleo idē est q̄ cresco et inde adolescens. et idē ē q̄ cremo. et idē est q̄ macto. vnde versus. Hec adolet signat crescit cremat et quoqȝ mactat. vnde pro crescere est. n. ge. pro aliis actiui. oleo semper est neutri generis quare ꝛc.

Juncta leo muta patet hic oleoqȝ leoqȝ.
Cetera verba leo per vi facit absqȝ supino
Sed soleo dat itum doleo valeoqȝ supinum.

Hic epilogat d. q̄ verba teriata in leo muta p̄cedēte et similiter leo et oleo et eoꝝ cōposita patēt p reg. predictas. mō infert regulam generalē per exclōnē d. q̄ cetera verba terminata in leo de q̄bus non ē facta mentio et q̄ nō possūt cōtineri sub regu. p̄cedētibȝ faciunt preterita in ui diuisas sillabas. et carēt supinis vt caleo calui palleo lui. Sed obiicit q̄ non habemus per quā reg. soleo faciat preteritū nisi faciat solui. Dicendū q̄ soleo facit solitussum. et qđ minus d. hic corriget inferius vbi d. Audeo cum soleo. Sed videtur q̄ faciat in ui q̄ absoleo et insoleo faciunt sua preterita in ui et cōponuntur de soleo. ergo siꝉr facit ui per illā reg. Simplex cōpositi. Dicendū ē q̄ absoleo et insoleo bene faciunt vi et q̄ non sunt cōposita de soleo sed de oleo. et propter hoc faciunt ui. vnde absolere est ab vsu recedere. absoletus est sordidus neglectus. Insoleo significat inherere vel equiualere. sed inoleo significat crescere. inualere. consuescere. Hec hugo papias.

Si queo sumqȝ facit: tamen in tum pluraqȝ reddit.

Dicit q̄ verba teriata ī queo faciūt p̄terita in si et supina in sū: vt torqueo si. sū. sed ple/ ra. i. multa reddit in tū vt retortū distortū. Sed obī de liqueo q̄ teriatur in queo et tn̄ nō facit in si nec actor excipit ergo male. Dicēđ ē dupl̄r p̄rio ponēdo q̄ sit doctrina Si queo et hoc modo non est obiiciend̄ de liqueo cū sit doctrina. et hoc scđm intentionē pe. he. et pris. q̄ in queo desinēs vnū inuenitur secunde cōiugationis in si termināns preteritum. vt torqueo torsi. et ex eo cōposita inueniuntur in tum et hoc frequentius. secundo potest solui dicendo q̄ sit regula generalis: nec est obiiciendū dicēdo q̄ regula datur de verbis regularibus et cū liqueo sit verbum defectiuum et prima et secunda persona non inuenitur in vsu. ideo non valet.

Dat veo ui: per tum. vi format v hicqȝ supinum.
Ex ui nil remouens: facies tum nil superaddes
Excipe pas ca/ fa/ se/ la/ sol/ vol/ ag/ cog/ et a se
Dat caueo cautum: faueo fautum: sed amictum:
Ex amicire facis. soluo vel voluo dat utum.
De sero sume satum: lauo lotum: pascoqȝ pastum.
Ag vel cognosco dat itum. sepelire sepultum.

Dicit ꝙ verba termīata in veo: faciūt preteritū in ui sicut moueo moui. per tū. d. ꝙ verba facientia preteritū per ui faciūt supinū per mutationē de ui in tū. et est ista regula in qualibet cōiugatione vt amo ui. tū. moueo ui. tum. cresco creui cretū. audio audiui auditum. et per hoc debet intelligi nichil addito nichil remoto et per hoc tangitur modꝰ formandi. Excipe. d. ꝙ omnia sequentia excipiuntur caueo facit cautū per diptongū ad differentiam de catus qđ ē murilegus. faueo fautū per diptongū ad differentiā de fatum fati. amicio facit amictū per sincopam et deberet facere amicitū qđ idē est ꝙ tego. vnde versus. Si nudos amicis sanctis potieris amicis. sero facit satū ad differentiā de satus qđ est propriū nomē. etiā ad differentiā de cetus tus tui. Lauo lotū que sit cā dictū est supra. pasco pastū propter euphoniam habendā. agnosco et cognosco faciūt itū et excipiuntur a duplici regula. s. ab illa simplicium norma et ab illa immediate supradicta: de nosco bene tenet regulā et facit supinū ui mutata in tū. vt nosco noui notū. vnde ignosco duo significat idē est ꝙ ignorare et idē est ꝙ indulgeo. sepelio facit sepultū. Sed obiicitur de salio qꝛ facit saliui et salitū et saltū nec actor excipit ergo male. Dicendū est ꝙ salio facit salitū proprie si faciat saltū hoc est per sincopam. vel est dicendū ꝙ illud qđ minus dicit hic corriget inferius vel supplebit vbi dicet Dat salio saltū. a regu. ibi data in quarta cōiugatione. Sed obiicitur de veneo qꝛ facit veniui: et nō facit venitū sed venū: nec act. excipit ergo male. Dicendum est ꝙ veneo componitur de venū qđ ē nomen et eo is. qđ caret supino. et qꝛ est defectiuū iō nō vȝ. vñ veneo de se nullū habet supinū sed ab isto nomine venū qđ non est modo in vsu.

Ferueo dat ui siue bui conniueo ui xi

Hic ponit exceptionē ab illa regula dat ueo. qꝛ solum non facit ui sed etiā ferbui. similiter cōniueo facit cōniui et cōuixi. Nota ꝙ ferueo habet duplex preteritū. ratio huius est quā ponit priscia. di. ꝙ antiquitus dicebatur ferueo es ui. et ferbeo es bui. sed ferueo est tantum in vsu: non autem ferbeo. ferueo tenet vtrumqȝ preteritum et ideo facit ferui et ferbui. de cōniueo d. similiter pris. ꝙ scđm regulā similiter veteres protulerūt preteritū tā in ui ꝙ̄ in xi. vnde secundū ꝙ dicebamus cōniuo facit cōnixi secūdū ꝙ facit cōniueo facit cōniui. modo autē dicimus cōniueo et tenet vtrūqȝ preteritū. vnde nota ꝙ ista duo scđm ꝙ faciunt ui bene tenent regulā. sđm ꝙ faciunt bui et xi excipiuntur ita ꝙ exceptō est secundū ꝙ supina istorū non inueniuntur in vsu et qꝛ sunt neutra et ista subiacent illi regule Pauca supinantur. cōniuere idē est ꝙ signū facere oculis. vnde versus. Qui michi cōniuet oculo signū michi prebet. Cum caput inclino tūc cōquiniscere dico. et dicitur secundū vg. de con et nix qꝛ nix est disgregatiua visus. et qꝛ qui cōniuet uidetur habere disgregatiuū visū iō ꝛc.

Vi tum dante preit vocalis non breuiata
Qui si ci sa li i demantur et inde creata

Ponit regulā et d. ꝙ verba facientia supīa per mutationē de ui in tum habēt vocalem longam ante tum vt amatū notū auditū tritū. Si obiiciatur videtur ꝙ hic ponat male istam regulam qꝛ nō est pñs intentio determīare de breuibus et longis. Dicendū est ꝙ ponit istā regulā et non est superfluus qꝛ ad bene esse ponit. et qꝛ cū solū ad bene esse ponat iō ꝛc. scđo ponit pro tanto sicut dictū est in declinationibus qꝛ qui vult declinare oȝ ꝙ debito modo proferat verba sua secundū ꝙ debēt pferri et si declinās poneret sillabā longā breuē et econtra ipse male declinaret iō ad habendā rectā declinationē poīt istā regulā. et nota. ꝙ talia producūt penultimā qꝛ deriuatiuū debȝ sapere naturā sui primitiui et qꝛ deriuatur a preterito quod hȝ vocalē longā ante ui: iō similiter habēt ista vocalem longā ante tum Construe. vocalis nō breuiata īmo producta preit tū vt motū. Qui si. ponit exceptionē et d. ꝙ ab ista regula excipiuntur qui. i. quitū a queo. cieo citū. vnde a cieo citū de quo d. pris. cieo. i. voco inuenitur tamen in io desinens quarte coniugationis. vnde Lucanus in secundo. Nunc vrbes excite feras date gentibus arma.

vnde scdm ꝙ est quarte cõiugationis facit citũ penultima longa. vnde lucanus. stratis excita iuuentus et subiacet illi regule Ui tum. sed cieo secũde cõiugatõis corripit penultimã supini qđ patet per eius preteritũ. vnde alex. excitat a sũmo. Ex hoc aparet ꝙ cieo facit supinũ suũ citũ. sed si queratur quomõ faciat preteritũ suũ. Dicendũ est ꝙ subtilit tangit preteritũ de cieo cũ ipsũ excipiat a regula data de illis que faciunt ui. vnde dicit pris. ꝙ cieo facit ciui et cii cũ non sit in vsu. similiter sero satũ excipitur. ꝛc. et inde creata Quidã exponunt pro participiis: sed istud non est verũ q2 multa sunt que carent participiis sicut queo et sua cõposita vt nequeo. propter quod est glosandũ. i. omne deriuatum si sit per compositionẽ deriuatũ vel per deriuationẽ sicut preteritũ et futurũ deriuantur a presenti. vnde in libro heroiđ. oblitus a dñe cede libellus erit. Sed obiicitur de ambio qđ componitur cũ an quod est circũ et eo. et tamen nõ corripit supinũ: imo ꝑducit. vnde Jussit et ambite ꝛc. Dicendũ est ꝙ ambio excipitur inferius in quarta cõiugatione. Sz dicitur de superbio ꝙ non cõponitur de eo sicut dictũ fuit. Item obiicitur de agnosco et cognosco q2 non habẽt vocalẽ longã ante tum. nec actor excipit ergo male. Dicendũ est ꝙ regula intelligitur de illis que mutant ui in tũ nichil addito et nichil remoto: sed istđ non est verũ: q2 sero facit seui ui mutata in tum diceremus setũ. nõ dicimus setũ imo satum. et3 tamen excipitur ab actore ideo ꝛc. Propter hoc dicendũ est ꝙ l3 habeant vocalẽ breuẽ ante tum actor noluit iterare q2 satis docuerat cũ dixit Ag vel cognosco dat. iđ ꝛc.

De deo deq3 geo leo vel queo vel beo dicta
Sufficiant. Jn ui diuisas cetera formas.

Ponit epilogationẽ d. ꝙ illa que dicta sunt de deo de geo de leo de queo et de veo suffitiant. modo infert regulam generalẽ d. ꝙ illa que non possunt contineri sub regulis precedentibus faciunt ui diuisas. et notanter d. ui diuisas ad differentiã illorũ que faciũt ui. non diuisas: sed cõiunctas vt moui. Et est not. ꝙ ista regula competit verbis terĩatis in beo. vt debeo habeo. in ceo vt doceo. in peo vt stupeo et in queo vt liqueo q2 torquent ad illã regulã. et per hoc patet ꝙ d. ꝙ multa termĩata in deo et sic de aliis suffitiãt. et si qua dicenda sunt possunt sub regu. contineri Jn ui diuisas. sicut liqueo. de queo non fecit mẽtionẽ cũ non possit contineri sub istis regulis et propter ista verba terĩata in reo. vt horreo careo. in seo vt censeo. in peo in deo. vt stupeo sedeo

Dat maneo mansi. iubeo iussi: neo neui.
Dans a per i maneo dat ui: caret atq3 supino.
Lucet pollucet faciunt xi. mulceo mulsi.
Hereo si prebet. dat sorbeo psiq3 buiq3.
Dat si sum. xi ctum. sed itum dat sorbeo vel ptum.

Ponit exceptionẽ d. ꝙ maneo facit mãsi ad differentiã de manꝰ manui. iubeo iussi neo neui et deberet facere nui diuisũ. sed nõ. q2 d. pe. he. ꝙ ĩ scđa cõiug. sꝑ principalis sillaba retinere in preterito vt p3 ꝑ singula discurrendo. sed si diceremꝰ nui nõ retineret primã sillabã iđ ꝛc. neq3 facit neuii; q2 ibiđ. d. pe. he. ꝙ ĩ scđa cõiug. preteritũ nũꝙ superat pñs ĩ pria ꝑsona. sed si diceremꝰ neuii. per tres sillabas superet pñs cũ tñ sit dissillabũ iđ facit neui et nõ aliter. de supĩs istorũ docuit superius cũ iubeo et maneo faciunt preterita sua in si faciũt supina in sũ ꝑ illã re. superiꝰ datã. Si per sũ. dat neo netũ ꝑ illã reg. Ui tum Dans a. d. ꝙqñ maneo cõponit̃ et ĩ cõpõe mutat a in i. vt emĩeo eminui caret supio. s3 si cõposita retineãt a ĩ cõpõe faciũt supĩa ĩ sũ vt remaneo. sũ. rõ hꝰ ẽ q2 ista q̃ mutãt a in i. multũ deuiãt a significato sui primitiui. et vt signa signatis rñdeãt hñt diuersũ pretm̃ ꝛ carent supino q2 sunt neutra. sed illa que non mutant a sed retinẽt ipsam: bene retinẽt significatu3 sui primitiui ideo ꝛc. et hoc pat3 in his duobus maneo et emineo. et est exceptio ab illa regula Simplicium norma. sed non est exceptio quantũ ad illã regulam Jn ui diuisas. Luceo et polluceo faciunt xi et faciũt supina per ctũ per illam regulam xiq3

facit ctum. Uidetur ꝙ actor sit superfluus q2 polluceo potest haberi per luceo cū sit cōpositum eius. Dicendū ē ꝙ actor ponit ibi q2 eius cōpositio nō est manifesta oībus. Item mulceo facit mulsi q2 mulceo et mulgeo habent idē significatū. q2 significant facere suave et vt signa respondeant signatis ideo faciūt si vt visū ē. Item hereo facit hesi et deberet facere herui. sed facit hesi ad differentiā ꝺ herus rus. rui. q2 antiquitus pro herede dicebatur. Item sorbeo proprie facit sorbui per illā regulā In ui diuisas. et sorpsi retinet a verbo antiquo tertie cōiugationis. q2 scd̄m ꝙ dicit prisc. antiquitus dicebatur sorbo sorpsi: tamen recessit ab vsu. et tantū retinemus preteritū. vnde secundū ꝙ facit sorbui facit sorbitū et secūdū ꝙ facit sorpsi facit sorptū. polluceo significat splendeo: pollendo luceo sed polleo significat cū letitia excello: vel etiam splendeo. hec hugo pap̄.

Que dant preteritum per ui caruere supino.
Ni faciant in itum. teneo tentum doceo ctum.
Censeo dat censum: sed itum sua compositiua
Misceo dat mixtum. sed prebet mereo mestum.
Arceo dat arctum. sed itum sua compositiua.

Dicit ꝙ verba faciētia preterita ꝑ ui faciūt supina per itū vel carent supinis: vt habui habitū. Uidetur ꝙ actor sit insuffitiēs q2 magis ponit nos in dubio ꝙ̄ certifficet: cū dicat ꝙ aliqua careant supinis nec docet que sunt illa. Dicendū ꝙ illud quod minus dicit hic corriget inferius vbi dicit Pauca supinantur. vnde no. ꝙ illa que faciunt preterita sua in ui aliqua sunt neutra et aliqua actiua. si sint neutra carent supinis exceptis illis que ponit in littera. si sint actiua habent supina per itū. excipitur teneo quod facit tentum ꝛ doceo quod facit doctū per sincopam. remouendo i. et q2 ista sincopa magis est in vsu ꝙ̄ ꝓpria formatio iō excipitur. similiter censeo quod facit censui et censum. et d. ꝙ sua composita faciunt in itū vt recensitū. verūtamen q2 censeo censo et censio idē significant secundū vg. et ꝙ censeo semper facit censū et sua cōposita nunꝙ̄. recēsitū media correpta dicitur de recenso recēsis et media ꝓducta de recensio is. quarte cōiugationis. et hoc. d. vg. vnde versus. Censio censiui cēsitū censeo censum. Censitus a censo tertia sēper hz. et significat numerare. iudicare. statuere. extimare. suadere. similiter misceo facit mixtū et deberet facere miscitū. et remouetur i per sincopam et ita s et i mutantur in x. et dicim9 mixtum. Sed obicitur de istis verbis maneo iubeo neo luceo et polluceo hereo et sorbeo Dicendum est ꝙ subiacent regulis generalibus supradictis. ita ꝙ illa que faciunt si faciunt sum in supino. et illa que faciunt xi faciunt ctū. et illa que faciūt ui faciunt tū: vt necui. de sorbeo dictū est et ideo non valet obiectio.

Pauca supinantur preter sex neutra secunde.
Sex retinent neutra pla no ca va pa do supina.
Format itum valeo doleo placeo noceoqz
Pareo prebet itum licet ac oleo taceoqz.
Dat careo carui caritum cassumqz supino
Cum dat ui pateo passum dat torreo tostum.
Pando pati pateo: passum fecere supino.

Actor ponit quoddā notabile et d. ꝙ pauca neutra scd̄e cōiug. hn̄t supia ꝑter sex. Nota ꝙ quidā dicūt ꝙ dat solū reg. de neutris faciētibz ꝑterita in ui. sz male q2 itelligit de oībus neutris scd̄e cōi. quocūqz mō faciāt ꝑterita. vn̄ pauca sūt ne. scd̄e cōi. q̄ habeāt supia vt ferueo cōniueo. lz scd̄z artē possit hr̄e tn̄ scd̄z vsū nō hn̄t. Postea poīt sex et. d. ꝙ doleo facit itū. noceo placeo pareo itū careo ritū vel cassū. silr̄ liceo tū oleo itū taceo citū. sed d. actor ꝙ torreo facit tostū et pateo passū. Obr̄ ꝯ act. q2 sex excipit et pl̄a enūerat vt pz ergo ꝛc. Dicēd ꝙ ꝑ hoc ꝙ. d. pauca pl̄a possūt cōphēdi. vn̄ n̄ oñdit ꝙ oīa talia careāt supis.

Ersibus his terna formatio fiet aperta.
Vi vel ui/vel/di/ri/ci/ni/dat/tercia xi/gi.
Bi/si/li/pariter pi/mi psi/qui quoqꝫ cum ti.
A breuis ante cio cum compositis facit eci.
Elicui preter:cio cetera format in exi.

Superius actor determinauit de prima et secunda coniugatione que cognoscitur per a et e. hic determinat de tertia que cognoscitur per i. et quia a et e sunt ante i in ordine vocalium ideo patet ordo. diuiditur in duas. primo proponit. secundo prosequitur. Dicit primo quod formatio preteritorum et supinorum verborum tertie coniugationis fiet manifesta per regulas sequentes. A breuis. dicit quod verba habentia a ante cio faciunt eci vt facio feci. Sed primo videtur actorem esse diminutum quia inueniuntur verba terminata in io habentia vocalem ante io. vt aio meio sed prius est comparare vocalem ad vocalem quam consonantem ad consonantem ideo primo debebat determinare de illis Dicendum est quod ista sunt defectiua et ibi non intendit determinare de defectiuis. quare non valet. secundo de aio dicendum est quod est proprie quarte coniuga. et hoc probant vg. et pri: quia nullum verbum tertie coniug. terminatur in i. in secunda persona imperatiui. sed aio habet secundam personam imperatiui terminatam in i. vnde ponunt exemplum vel ai vel nega quasi non valet. De meio dicendum est quod non est in vsu. Sed obicitur quia non determinatur de fio cum determinet de verbis in gio et sic de aliis. Dicendum quod non facit mentionem de fio primo quia est defectiuum et anormalum et quia de anormalis facit cap. distinctum non curat hic facere mentionem. secundo quia dat reg. tantum de illis que tantum sunt tertie coniuga. sed fio non semper est tertie coniug. sed aliquando quarte fiet fiebat magis respiciebat re. ideo non facit mentionem vt sit proprie tertie coniu. et ponitur quarte. vt patet. tertio videtur quod superflue ponat a breuis. quia omnia verba que habent a ante cio habent illam breuem: tamen dicit breuem ad maiorem expressionem et ne crederet aliquis quod talia possint habere longam. ideo non valet. quarto notandum quod videtur quod superflue ponat cum compositis cum satis possit haberi per illam re. Simplicium. Dicendum quod dicit cum compositis propter duo. primo ad remouendum vel deno. quod licet composita eorum habeant i ante cio tamen faciunt eci vt perfeci cum aliquis possit credere quod sic non faceret eo quod non habet a ante cio. secundo ponit cum compositis quia quedam sunt composita que non apparent manifeste composita. vt reitio deitio et vt comprehendantur talia composita que non manifeste apparent. ideo dicit cum compo. nec est superfluus quinto no. quod notanter dicit eci per duas sillabas. quia talia que habent a ante cio illam a mutant in preterito in e vt facio eci. vnde si diceret quod faceret ci dubium esset vtrum diceremus faci vel feci ideo &c. Elicui ponit suam regulam dicit quod cetera verba terminata in cio faciunt preterita in xi: vt aspicio exi elicio tamen excipitur quia facit elicui ratio huius est quam ponit pris. quod si faceret elexi faceret electum per illam regulam que sequitur ci vel xi dat ctum. eligo similiter si faceret electum dubium esset de significatione eius vtrum esset supinum de eligo vel de elicio et ideo vt remoueatur dubitatio facit elicui. Sed obicitur quia pellicio facit pellicui et tamen actor non excipit ergo male. Dicendum quod pellicio proprie facit pellexi. et si faciat pellicui hoc est antiquum preteritum et quia actor non curauit de antiquitate ideo non valet.

Elicui dat itum. ci vel xi transeat in ctum.
Si presens tenet a. tenet hic et vbiqꝫ supina

Dicit quod elicio facit elicui in preterito et elicitum in supino. vnde dicunt quidam quod est exceptio sed non est verum quia non facit in ci vel in xi sed in ui. et propter hoc de ipso est doctrina. preterea dicit quod verba facientia prete. in ci vel in xi faciunt supina in ctum vt feci ctum. asperi ctum. Si preses dicit quod si presens indicatiui habet a quod a similiter est in supino. vt facio factum et hoc non est solum in ista coniuga. sed in aliis coniuga. vt amo atum frango actum. sanctio sanctum haurio. stum. Sed obicitur quia gradior habet a in indicatiuo et tamen non habet a in supino quia dicimus gressum. similiter fatiscor facit fessum ergo &c. Sono as tono as habent a in indicatiuo nec actor excipit ergo male. similiter lauo facit lotum &c. Dicendum est quod ad istam regulam tria requiruntur Primo requiritur quod tale verbum terminetur

in o.et ꝙ habeat vocē actiuam.scdo.ꝙ habeat a in penultima scđe persōe īdicatiui mōi
tertio ꝙ habeat supinū ꝓpriū nō transsumptū.per primum membrū remouetur gradior
et fatiscor que non terminantur in o.sed in or.etiam remouētur per secūdū membrum
qr non habent a in penultima secunde persone indicatiui modi vt graderis et remonē
tur tono as et sono as.qr licet habeant a in secunda persona īdicatiui mōi:tamē nō ha
bent in penultima sed in vltima.per tertiū membrū remouetur lauo qr facit lotū qr lotū
non est supinū ꝓpriū sed transformatū qr proprie facit lautū sed au mutat̄ in o.iō nō vꝫ.

A si composita mutant in i.dant e supina.
Vt probat inficio.sed debes demere do go.

Dicit ꝙ verbū habens a in presenti si cōponatur et in cōpositione mutatur a in i.tunc
supina compositi habent e vt de facio componitur ficio et perficio et facit perfectum.et
notabiliter ponit istam qr videretur nisi posuisset ꝙ talia haberent a per illā regulā sim
pliciū norma.et tamē non habent propter hoc ab ipsa excipiūtur. Sed obiicitur đ sapio
qr habet a in presēti et cōponitur cū in.et dr̄ insipio ita ꝙ a mutatur in i:et tamē non fa
cit insipetū sed insipitū.et similiter desipio desipitū ergo regula nulla. Dicendū ē ꝙ qui
dam dicūt ꝙ sapio non est tertie cōiugationis proprie:sed quarte.qr facit iui et itū ergo
ꝛc.sed isti male dicunt in duobus.prīo qr ista reg.ē generalis cuicūqꝫ cōiugatiōi. secūdo
qr sapio nunq̄ fuit quarte sed semp tertie.quare dicūt alii ꝙ solū intelligit̄ de termīatis
in cio iō ꝛc.sed isti male dicunt propter duo.qr diripio facit direptū ꝑ illā regulā : et non
terīatur in cio ergo ꝛc.secundo qr excipiūtur verba in do et in go qr̄ cū exceptō sap:natu
ram sue regule non solū intelligit in cio sed de quacunqꝫ terīatione.iō nō vꝫ.Item obii
citur de cōticeo qđ cōponitur de con et taceo ita ꝙ a mutatur in i.et tamen non facit cō
ctietum sed conticitū.similiter de statuo cōstituo cōstitutū.iō ꝛc.Propter qđ dicendum ē
ꝙ reg.intelligitur de cōpositis q̄ cōponūtur a verbis que verba simplicia habēt a in pe/
nultima scđe ꝑsone et in penultīa supini.Unde dicendū est ꝙ per hoc debet intelligi de
habentibus a in penultima sillaba scđe ꝑsone.et per hoc remouetur statuo quod nō ha
bet a in penl'.sillaba sed u.iō sua cōposita non retinent e.ꝑ hoc ꝙ d.ꝙ oꝫ ꝙ talia hēant
a ī pe.supi.remouet̄ sapio pitū qđ nō hꝫ a sꝫi.iō sua cōp.n̄ retinēt e.qr̄.nō vꝫ.Obiicit̄ ad
huc qr salio facit saltū sed cōponitur et tamē nō hꝫ e in supio.vt dicēdo exilio exultū.di/
cendū ꝙ reg.intelligitur de supinis integris et nō corruptis nec sincopatis.vn̄ salio facit
proprie salitū.si faciat saltū hoc est per sincopā iō non vꝫ.Alii dicunt ꝙ intelligitur đ cō
positis habentibus supina dissillaba in quibus a sit in penultima supini vt rapio raptū
sed melius ē primo mō.Sed debes.d.ꝙ verba termīata in do et in go que cōponuntur
a verbis habentibus a in presenti et istā a mutant in i in cōpositione.excipiūtur vt occi/
do.quod cōponitur de cado et tamen nō facit occesum sed occasum.similiter redigo qđ
cōponitur de ago et tamen non facit redectū sed redactū.exigo exactum.et sic de aliis.

Dat di sumqꝫ dio:gio gi dat itumqꝫ supino

Dicit ꝙ verba desinētia ī dio faciūt p̄terita ī di ꝛ supīa in sū vt fodio di sū.Obiicit̄ đ fo
dio qr nō facit fosū sed fossū nec actor excipit ergo ꝛc. Dicēdū primo ꝙ satis erat maīfe
stū ꝙ faciebat ꝑ duplicē s.iō actor noluit facere mētōeꝫ.vel pōt dici ꝛ meli⁹ ꝙ lr̄a ē talis
dat di ssū ꝑ duplicē ss.Gio gi.d.ꝙ verba terīata ī gio faciūt p̄terita ī gi ꝛ supīa in itū vt
fugio gi.gitū.sed prīa de fugi in preterito ꝓducit̄ in prīo tp̄e corripitur et sic de aliis.

Dat pio semper ui.sine cepi siue cupiui.
Ptum facit omne pio.sapio cupioqꝫ remotis
Dat sapio sapui sapitum:cupioqꝫ cupitum

Dicit ꝙ verba in pio terīata faciūt preterita in ui vt rapio rapui.capio excipitur qr facit
cepi.et nō est intelligendū de cepi qđ ē defectiuū silr̄ cupio facit cupiui.Ptum facit omē
dicit ꝙ verba terīata in pio faciunt supiua in ptum.vt rapio raptum capio captū.sapio

excipitur: qꝛ facit pui. pitū. media coꝛrepta et deberet facere pui. pitū penultima produ
cta et propter hoc repetit sapui sapitum penultima coꝛrepta que non descēdit de sapio
secundū ꝙ facit sapiui sed secundū ꝙ facit sapui. et cupio facit cupitū penultima produ
cta et facit cupii cupitū penultima coꝛrepta sed parū inueniť penultima coꝛrepta. et ido
actoꝛ non facit mentionē secundū ꝙ habet penultimā coꝛreptam.

Dat peperi pario paritum partumqꝫ supino.

Doctrina est qꝛ non inueniūtur termīata in rio nisi pario vt d. prisc. in rio vnū inuenio
s. pario peperi partū vel paritū. tamen scdm quartā cōiugationē ptullisse inuenitur. vñ
oua pire solet. hoc etiā pꝫ per sua cōposita que sūt quarte cōiugatiōis. vt apio. vñ pario
duo significat. vñ versus. Qui parit acqrit etiā q̄ tendit in ortū. Catho qđ partum est.

Dat si sumqꝫ tio: sed vtrolibet s. geminando.

Dicit ꝙ verba termīata in tio faciūt preterita in ssi et supina in ssum. vt quatio quassi
quassum. Obiicitur qꝛ videtur actoꝛē esse contrariū qꝛ superius deterīat de verbis terīa
tis in cio et adhuc hic determīat. dicendū ꝙ debet scribi per t. et t. habet sonū de c. quādo
i. sequiť et alia vocalis sequiť vt patuit in illis versibus. Jtsi presit. ꝛc.

Semper uo dat ui. debet struo cum fluo demi
Et pluo. de hinc utum producit dando supinum.
Xum fluxi struxi structum. pluo ui dat et utum.
Datqꝫ plui.
Dat ruitum ruo siue rutum. nonnullaqꝫ nullum.

Dicit ꝙ verba terminata in uo faciunt preterita in ui vt arguo gui. struo et fluo excipiū
tur. Obiicitur qꝛ non docet eorū preterita. Dicendū ꝙ docebit simul sua preterita et su
pina. quare non valet. De hinc. d. ꝙ verba termīata in uo facientia preterita in ui. faci/
unt supina in utū producendo u. vt argutum. Xum fluxi. ponit exceptionē et qꝛ de struo
et fluo non docuerat preteritum docet cum supino dicēs ꝙ fluo facit fluxi et struo struxi.
et in supino fluxū et structū. et qꝛ de fluo descendit fluctū et actoꝛ non facit mētionē iđ
ꝛc. vnde versus. A fluo fit fluxum quidā dant a fluo fluctum. Dicendū est ꝙ actoꝛ inseq̄
tur pris. pris. enim nullam fecit mentionem ideo nec actoꝛ. vel est dicendū ꝙ actor loquiť
secundū vsum cōem et qꝛ fluctum non est in vsu cōi. ideo non facit mentionē. Pluo. d. ꝙ
pluo facit pluui et plui et tantū plutum. Sed videtur actoꝛē esse superfluū cum plutum
possit contineri sub illa regula. De hinc utū. Dicendum est ꝙ non est superfluus qꝛ pluo
habet duplex preteritū. et ne aliquis crederet ꝙ similiter haberet duplex supinū: ideo di
cit ꝙ facit plutum. Dat ruitum. d. ꝙ ruo facit ruitū et rutum. Sed obiicitur qꝛ luo facit
lutū sicut d: vg. et itum nec actoꝛ facit mentionem quare male. vnde d. vg. dant utū vel
itum luo vel ruo cūcta supina. Luo producit utū ruo corripiet ipsū. Jn doctrinali tacuit
luo norma magistri. dicendū est ꝙ luo facit proprie lutum nec facit mentionem de luitū
qꝛ est supinū antiquū nec est in vsu ideo non valet. Nonnulla. d. ꝙ aliqua verba termīa
ta in uo. carent supino vt renuo et cetera. que continentur in hiis versibus. Respuo lin
quo timet posco disco metuoqꝫ. Abluo cum renuo simul additur vrget et angit. Cū sint
actiua sunt illis raro supina.

Bo psi ptumqꝫ facit. si littera longa preibit.
Cetera bi faciunt preter que de cubo fiunt
Et nisi psi faciat per itum bo cuncta supinat

Dicit ꝙ verba terminata in bo vocali longa precedente faciūt preterita sua in psi et su
pina in ptū vt scribo scripsi scriptū. nubo nupsi nuptū. vnde nota ꝙ deberet habere b an
s. et ante t. et tamen hꝫ p. causa euphonie qꝛ b. ante s. et ante t. ī pricipio sillabe hꝫ tur/
pem sonū. Jtem notanter dicit vocalis longa qꝛ aliter nō teneret reglā ꝫ vt scabo ꝙ nō

facit scapsi sed scabi. et habet a ante bo. Si aliquis querat quomõ faciat preteritum de sorbeo cũ nõ habeat vocalẽ longam per se sed per compõem. Dicendũ ẽ ꝙ actoꝛ docuit satis supra vbi dicit Dat sorbeo psiqꝫ bui. et qꝛ superius docuit hic noluit facere mentõnem. etiã qꝛ non est in vsu. Cetera. dicit ꝙ alia que non habent vocalem longã ante bo faciunt preterita in bi: preter cõposita de cubo vt bibo bibi. Sed obiicitur qꝛ excipit cõposita de cubo: nec docet quomõ talia faciant. ergo male. Dicendũ est ꝙ ponit composita de cubo propter tria. primo ad confirmationẽ illius regule Simpliciũ norma. secundo ad remouendũ opinionẽ falsam quorũdam qui dicebant ꝙ componuntur de cũbo sꝫ hoc non est verũ qꝛ hoc est contra actorẽ et pris. ideo non valet. et ideo nõ valent illi versus grecismi. si cubat. ꝛc. tertio vt ostendat ꝙ quedam sunt cõposita de cubo tertie coniugationis qꝛ possent credere ꝙoĩa essent prime sicut cubo. Nota ad euidentiã que sũt prime et que sunt tertie. vnde dicit pri. ꝙ cõposita de cubo aliqua habent m. ante bo aliqua non. si ante bo habeant m. sunt tertie cõiugationis. si non sunt prime et semper faciunt in ui et in itũ. vnde quidam expositor supra maius volumen. A cubo cõposita per ui per itum dabo cuncta. Si careant m. prime sunt: si non tibi terne. et semper m: debet remoueri in preterito: vt recũbo recubi. Et nisi. d. ꝙ omĩa verba termĩata in bo faciunt preteritũ in bi et faciunt supina in itũ. nisi faciãt preterita ĩ psi qꝛ de illis dictũ ẽ vt bibo. bibi bibitũ. sꝫ q̄rit̃ qꝛ oĩno. d. ꝙ verba terĩata ĩ bo faciũt ꝑterita ĩ bi ꝛ supĩa ĩ itũ. Dicẽd ꝙ ponit vt cõprehendat composita de cubo que non faciunt in bi sed in ui: et faciunt itum.

Si co preueniat vocalis longa: facit xi.
N vel s abicitur: hec ci facit: illa facit ui.
Hinc vinco vici sunt testes. crescoqꝫ creui.
Excipe conquesci didici compesco poposci.
Et que preteritis caruerunt atqꝫ supinis
Hec sunt verba: quibus inceptio significatur.
Glisco preteritum: conquesci tolle supinum.

Dicit ꝙ verba terminata in co vocali longa precedente co faciunt preterita in xi vt dico dixi. N vel s. dicit ꝙ verba terminata in co habentia n vel s. ante co faciunt preterita remota n et co mutata in ci. vt vinco vici. Item verba habentia s ante co faciunt preterita s. remota et co mutata ĩ ui. vt cresco creui nosco noui. Et nota ꝙ oĩa cõposita de cisco faciunt preteritũ in ui. vt accisco ui. ab illa regula excipit̃ cõquinisco qđ facit cõquesci et deberet facere cõquiui. vnde cõqniscere est caput inclinare. ꝛ etiam excipiuntur illa que sequuntur. disco excipitur qꝛ deberet facere diui. et facit didici. Item cõpesco quod deberet facere cõpeui et facit cõpescui. Sed obiicitur qꝛ excipit cõpesco: nec docet quomodo faciat ergo male. Dicendum est ꝙ satis erat vsitatũ et cognitũ ꝙ faciebat cõpescui et iđ dimisit peritie lectorũ qꝛ non poterat ponere in metro. Item excipiuntur verba inchoatiua que carent preteritis et supinis vt feruesco. ratio huius est qꝛ talia significant ĩchoationem et inchoatio repugnat preteritioni. et ideo non habent preterita neqꝫ supina. Sed obiicitur qꝛ incoho incipio significant inceptionem et tamen habẽt preterita et supina quare non valet. Dicendum est ꝙ significant inceptionem de principali significato qđ non repugnat preterito ideo habent preterita: sed inchoatiua verba de suo modo significandi important et talis inchoatio repugnat preteritioni ideo et cetera. Glisco. dicit ꝙ glisco caret preterito. et significat plura. vnde. Glisco cupit splendet dormit pinguescit et ardet. conquinisco non habet supinum.

In ci preteritum prebens ico migrat et in ctum
Preteritum parco dat parsi siue peperci.
Dat parsum parsi: de se nullumqꝫ peperci.

Dat doctrinā de istis duobus ico et parco qꝛ non possūt cōtineri sub regulis precedenti bus qꝛ ico habet penultimam indifferentē: sed prima regula datur de illis que habēt vocalem longam. s. Si co preueniat. et ꝙ habeat indifferentē patet per actorē qui dicit inferius Sed ico variabis. qꝛ facit ici. et est idē ꝙ percutio. Similiter parco nō potest contineri sub aliqua predictarū regularū qꝛ non habet n vel s. ante co: qꝛ facit parsi et peperci. sed cū facit parsi facit sum. sed cū facit peperci caret supino. Sed videtur ꝙ actoꝛ sit cōtrarius sibiipsi. qꝛ dicit in breuibus et longis. Curtat itū pario vel posco discoqꝫ parco. ⁊ ita parco facit parcitū. Dicendū est ꝙ hic loquitur secundū vsum: inferius autem loquit̃ secundum artem.

Xi vel ci dat ctum. vi tum facit. excipiasqꝫ
Excipienda docet que dat veo norma secunde.
Dant in itum disco compesco posco supina.

Dicit ꝙ verba termīata in co facientia preterita sua in xi vel in ci faciunt supina sua in ctum. vt vici victū. dixi dictū. Vi tum fa. ponit aliam regulā et dicit ꝙ verba facientia p̄terita in ui faciunt supina per mutationem de ui in tum nichil addito et nichil remoto. vt creui cretum. quieui quietum. Excipias. d. ꝙ illa que terminantur in co et continent̃ sub illa exceptione. Dat veo. debent excipi nec est exceptio sicut dictum fuit quantū ad terminationē qꝛ bene terminantur in tum sed quantū ad modū formandi. Et nota ꝙ dat veo ibi posita potest esse regula generalis vel specialis. sed intelligitur ꝙ omīa que ponuntur in ista exceptione ibi reponuntur et tunc est regula generalis. si autem intelligatur ꝙ solum repetitur propter verba terminata in co tunc est specialis. Construe. tu excipias que norma secunde dat veo docet excipienda vt pasco pastū agnosco tū. Sed obiicitur qꝛ inuenitur ignotos qđ non potest fieri de ignosco ignoscitū. vnde. si scirē deos ignosciturus et hoīes ignoturos adhuc peccare dedignarer. Dicendū est ꝙ secundū pris. regulariter facit ignotum. et inde descendit ignoturus ideo cū tale principiū sit irregulare actoꝛ noluit facere mentionem. Dant in itum. d. ꝙ disco cōpesco et posco faciūt supina sua in itum. Sed videtur actorem esse cōtrariū sibi. qꝛ di: infra ꝙ carent supinis vbi dicit Preteritū verbi damus istis. et primo d. ambigo. Dicendum est ꝙ actoꝛ loquit̃ hic secundum artem inferius aūt scđm vsū. ideo non valet nec est sibi cōtrarius.

In si do uertit: si per se longa preibit.
Ante do vocalis. cu si stri ce pe remotis.
Hec faciunt cudi stridi cessiqꝫ cecidi.
Nullum sido gerit. quod turpe sonat fit in edi
Nulla supina gerens. cessi creat s sibi duplex.

Dicit ꝙ verba terminata in do vocali longa naturaliter precedēte faciūt preterita sua do mutata in si. vt ludo lusi. Sed obiicitur primo qꝛ fido habet vocalē longam ante do. et tamen non facit fisi: sed fisussum. nec actoꝛ excipit ergo male. Dicendū est ꝙ est irregulare et defectiuum et anormalū. et qꝛ in isto capitulo non se intromittit de anormalis nec de defectiuis iđ non valet. Scđo obiicitur de vado qꝛ hꝫ vocalem longā naturaliter ante do: nec actoꝛ excipit ergo male et tamen caret preterito. Dicendū est ꝙ vado naturaliter et secundū artē facit vasi. et iđ cum secūdum artem teneat regulam actoꝛ noluit excipere. verūtamen vado secundum vsū caret preterito ad differentiam de vas vasis: ⁊ tamen eius composita bene habent preterita. qꝛ deficiente causa deficit effectus. vnde versus. A vado vasi tollit distantia vasi. Sed sua preterita nunꝙ tollunt compositiua. Tertio obiicitur de rudo qꝛ habet vocalem longam ante do et tamen facit rudi nec act̃ excipit ergo male. et ꝙ producatur patet per actorem dicentem Rudo pones seu metra poscunt. aliqui supplent quendā versū in quo ponunt rudo qꝛ facit rudi sed male. qꝛ non debet poni cū non sit cōpositus ab actore. Dicendū ē ꝙ rudo prioꝛ semper corripit̃ ⁊ sub

iacet regule generali ¶Prebet per cetera di do. et si producitur hoc est licentia poetica qd facit persius. Findor vt archadie pecuaria rudere dicas. Cu si. d. q cudo facit cudi z facit supinũ in sum vt cusum. a supino fit cuso as. a quo componitur accuso as. et recuso sas. Cudo is est supra incudẽ fabricare: et significat cõponere vt sũma eneida virgilius maro summo cudit ingenio: Strido facit stridi et est idem q resono. in eadẽ significatione strideo des dicitur vnde supra visũ est. Cedo facit cecidi et cessi. secundũ q facit cessi idez est q dare locũ vel recedere. secundũ q facit cecidi idem est q secare et excipitur quantuz ad vtrũqz qz deberet facere cesi do mutata in si et facit cessi et cecidi. Sido caret preterito et significat tria. vnde. Sidit auis siditqz manus sed sidera sidunt. Quod turpe. d. q illud turpe sonat scz pedo facit pepedi. Sed obiicitur qz nõ docet regulã vtrũ geminet aut non quia videtur per ipsũ q faciat pedi. quod falsũ est. Dicendum est tripliciter. primo q satis erat vsitatũ qz pedo faciebat pepedi geminando: et ideo non curauit facere mentionem. secundo dicendũ est q id quod minus dicit hic corriget inferius in breuibus et longis vbi dicit q pedo geminat primã sillabã. tertio potest solui ita q ly turpe nõ referatur ad rem significatam huius verbi pedo sed ad vocem dicendo qd turpe sonat fit in edi. s. pedo. qd facit pepedi qz cum geminet primã sillabã videtur esse epizensis et per consequens turpis sonus: nisi gemiaret qd satis dat intelligere per hoc q dicit turpe sonat. Cessi creat. d. q cedo facit cessi s. geminando. Sed videtur q actor sit superfluus qz dixerat cessi et cecidi ita q satis ostenderat q geminat s. Dicẽdũ est q ponit ad maiorẽ expressionem ne aliquis crederet q non geminaret s: alii dicunt q intelligit quantũ ad supinum et satis bene.

A do composita formabunt di geminata. His iunges prendo. dithongus si tibi format.

Dicit q composita de do das faciunt di. geminando di. vt reddo reddidi. Sed queritur vtrũ sit exceptio vel regula. dicendũ est q composita de do das aut habent consonantez ante do aut vocalem. si habeant vocalem longã sic est exceptio ab illa regula In si do. vt credo. si habeat consonantẽ sic est noua regula. cum non possit contineri sub regulis precedentibus. secundo notandũ q videtur q ista regula sit superflua cũ cõposita de do bñ possint contineri sub illa regula simplicium norma. Dicendũ est q do facit dedi sed ista geminant di vt credidi. ¶His iunges. d. q prendo facit prendidi. Sed obiicitur qz d. vg. q facit prendi sed nunq̃ prendidi. idẽ dicit pris. in maiori. q prehendo facit prehendi. rõ huius qz dicit pris. q nullũ verbum tertie cõiugatiõis geminat di nisi compositũ de do. sed istud non est compositũ de do vt patet per actorem qui ipsũ dicit cũ compositis ð do: ergo zc. Quid ergo dicendum est actorem qui dicit q facit prendidi. dicendum est q act inuenit in sacra pagina si prendidisti pisces. zc. et qz inuenerat ideo dicit q facit prẽdidi Et nota q possumus dicere prendi et prehendi. de prehendo et prendo scansio versuuz poeticorũ hoc clare isinuat. Diptongus. d. q verba terminata in do habentia dipthongum ante do si preterita faciũt vt plaudo plausi claudo clausi. Sed videtur actorem esse superfluum qz ista regula potest haberi per regulam superius datam In si do vertit Dicendũ est q illa regula datur de habentibus vocalẽ naturaliter lõgam sed ista claudo et similia habent vocalem longam per accidens et per conglutiationem duarum vocaliũ ideo non valet. ¶Notandũ est q talia faciunt si. et ratio huius est qz secundũ q dicit vg. antiquitus dicebatur clado plado mõ dicimus claudo plaudo. vnde talia adhuc retinent formationem ac si haberent vocalem longam naturaliter: et per consequens facit sicut claudo clausi.

Ante do si veniat i vel u simul n mediante In di pretereunt: sed in his n demitur ante.

Dicit actor ꝙ quidam dixerunt de hoc verbo vale valete valeto valetote et valere in infinitiuo. eodem modo de salue et de aue. vnde in thobiade iubeas saluere gabrielem nil plus poteris reperire nisi ea que dicta sunt de aue vale et salue. Sed obiicitur quia videtur ꝙ de salue plus inueniatur quando dicitur salue te respondetur saluemini ergo ꝛc. Dicendum est ꝙ actor bene dicit qꝛ saluemini non descendit de salue sed de saluor aris et est futurum optatiui. et est sensus saluemini. i. salui sitis. i. deus vos saluet. Sciendũ est ꝙ ista salue vale aue signant salutationem. aue in aduentu. vale in recessu vel regressu. salue vero ad vtrūqꝫ pertinet. et sic apparet ꝙ salutationem significant sed hoc differenter. Deinde dicit ꝙ de aio inuenitur aio ais ait et aiunt in presenti tempore indicatiui modi. et in imperatiuo ai. sed rarissime nec plus inuenitur. vnde priscianus recitat exemplum si nata est pregnans aut ai aut nega. similiter dicimus aiebam aiebas aiebat. aiunt in plurali nec plus inuenitur. Notandum ꝙ aio debet proferri secundum Januēsem prout i. est duplex consona et est dissillabum. probatur per oratium in epistolis: Seruus habes precium loris non vteris aio. Clarum est ꝙ aio in fine versus exametri non potest esse trissillabum quia est spondeus vel trocheus. Et si aliquando dicamus aio faciendo i. vocalem et prout est trissillabum est dyeresis sicut dicendo troia trissillabū pro troia. vnde homerus ponit troia pubes in fine versus. et est troia daptilus.. D. B

Et faxo faxis faxit dic: et cedo pro dic.

Dicit ꝙ faxo de se inflectit faxis et faxit. Et nota ꝙ faxo est futuri temporis et idē est ꝙ faciam facies faciet. Postea dicit ꝙ inuenitur cedo pro dic nec plus inuenitur. Nota circa predicta ꝙ istud capitulum supponitur vsui sicut capitulum etheroclitorum. et etiā de his que vsui supponuntur non potest dari scientia generalis neqꝫ de transeuntibus ideo si actor de defectiuis et anormalis omnibus non determinat non est instandum cōtra ipsum. Et hec de capitulo defectiuorum et anormalium vt ad presens sufficit dicta suffitiant.

Quattuor in verbis sunt forme. preteritisqꝫ
Dic inceptiuam meditatiuamqꝫ carere.
Esuriit tamen inuenies et parturierunt.

Superius determinauit actor de defectiuis et anormalis. Hic determinat de formis verborum et est septimum capitulum huius libri secundum ꝙ promiserat superius in ordine capitulorum. et dicit ꝙ quattuor sunt forme verborum. Preteritisqꝫ. Dicit prio ꝙ verba meditatiue forme et inchoatiue carēt p̄teritis. Esuriit. ponit exceptōē. d. lꝫ dictū

sit ꝙ verba meditatiua carent preteritis tamen inuenitur esuriit et parturierunt qꝛ de/
scendit de parturio et esuriit de esurio. que sūt verba meditatiua: Sed obiicitur qꝛ actor
iste excipit et pris. non excipit ergo male. Dicendū est ꝙ actor inuenerat in sacra pagiā
ideo excipit et pris. erat apostata ideo non facit mentionē. Notandū ꝙ esurio facit medi
tari comedere. Unde esuriit proprie ille est cuius animus est in patinis. et de culina
cogitat. aliquando tamen accipitur pro famere. parturio significat meditari pere. sꝫ ali
quando accipitur pro perfecto. s. parere vt liquet ibi Parturient montes nascetur ridi/
culus muis. D. B.

Ex verbis illas perfectis credimus ortas.
Queqꝫ frequenter agis: etiam formantur ab illis
Atqꝫ prior sit eis data declinatio verbi.

Dicit actor ꝙ verba meditatiua accipiuntur a verbis perfectis. vnde sciendū ꝙ duplex ē
forma scꝫ forma formans et forma formata. forma formans est forma perfecta et nō di
citur forma eo ꝙ formetur sed quia alia formantur ab ipsa. sicut noīatiuus dicitur casus
non qꝛ cadit ab aliis sed qꝛ alii cadunt ab ipso. Queqꝫ. d. ꝙ verba frequentatiua formā/
tur a verbis perfectis. Sed obiicitur qꝛ cursito est verbū frequētatiuū et formatur de cur
so sas. quod non est perfectum sed frequentatiuū. Dicendum est ꝙ licet sit frequentati/
uum per respectum de curro tamen est perfecte forme per respectum ď cursito nec est in
conueniens diuersis respectibus. secundo potest dici ꝙ deriuatur a perfecta sed hoc ē du
pliciter aut mediate aut īmediate. immediate vt de curro curso. mediate vt de curro cur
sito ideo non valet. Atqꝫ prior. dicit ꝙ verba frequentatiua sunt prime coniugationis.
Sed obiicitur de video vides visum visu viso visis u mutata in o et tamen non est prīe
coniugationis sed tertie. ideo &c. Istud soluit priscianus decimo maioris. d. enim sic fer/
uesco capesco et viso frequentatiua esse non possunt prime autē cōiugationis nō sunt sꝫ
sunt verba desideratiua

Ex u supremi decet o formare supini
Sic curro curso formabit nectoqꝫ nexo.
Si tamen a longa sit in illis ante suprema.
Hanc in i mutabis formans: et eam breuiabis
Sic rogo dat rogito sic aptito fiet ab apto

Dicit ꝙ verba frequentatiua formantur ab vltimo supino per mutationem de u in o.
vt cursum cursu u. mutata in o fit curso sas. similiter necto nectis nexum nexu u mutata
in o fit nexo nexas. Si obiciatur de amplector amplecteris amplexum amplexu dicitur
amplexor amplexaris per additionem de r. nec actor facit mentionem ergo est diminu/
tus. Dicendum ꝙ debet intelligi v mutata in o in verbis habentibus vocem actiuam.
vt curro curso necto nexo sed in habentibus vocem passiuam debet intelligi per mutatō
nem de u in or. vt amplector amplexum amplexu amplexor amplexaris. Et notandum
ꝙ verbum frequentatiuū regit eundem casum et significat id quod suum verbum cum
frequentatione. Si tamen a longa sit. ponit regulam dicens ꝙ si verba perfecte forme
habeant a longam in penultima supini a mutatur in i. breuem: & ab illo supino formaṫ
verbum frequentatiuum per mutationem de u in o. et a in i. vt rogo rogas rogatum ro
gatu. a mutata in i et u in o. fit rogito rogitas. Similiter apto aptas aptatum aptatu a
mutata ī i. et v in o. fit aptito aptitas. similiter lecto lectas lectatum lectatu a mutata in
i et u in o fit lectito lectitas. de similibus idem est iudicium. Sed obiicitur qꝛ no nas fa/
cit natum natu u mutata in o fit nato natas et tamen habet a in penultima: nec actor
excipit ergo male. Dicendum est ꝙ quando dicitur ꝙ oportet ꝙ illa que habent a in pe
nultima supini mutant illam a longam in i. breuē debet intelligi siue glosari in verbis

pollissillabis et qꝛ no nas est monosillabū ideo non valet. ratio quare nato natas a non mutatur in i. est qꝛ deriuatiuū debet retinere primā sillabā sui primitiui. sed si mutaret a in i. cum sit prima vocalis non retineret primā sillabā et non videretur descendere de no as. vnde licet nato as. non mutet substantialiter tamen mutat accidentaliter qꝛ nato corripit primā sillabā sed natū natu pducit ideo non vꝫ. Sed obiicitur de nosco noscis notum notu fit verbū frequentatiuū noto notas sed prima de notū notu pducitur et prima de noto notas corripitur ergo male. Dicendū est ꝙ prima de noto debet produci naturaliter. sed licentia poetica corripitur.

Sed si perfecti sit preteritum retinens gi.
Tunc ex persona presentis deme secunda
S et to iungas: legito sic ex lego formas.

Ponit tertiā regu. et d. ꝙ si verbū perfecte forme faciat preteritum in gi tunc verba freqꝫtatiua formantur a secunda persona presentis temporis indicatiui modi. s. remota ⁊ addita to vt lego legis s. remota et addita to fit legito. Primo notandū ꝙ licet aliquod verbum terminetur in go si non faciat preteritum in gi non subiacet isti regule. vnde dicit pris. in octauo maioris mergo quod facit mersi et supinorū seruat regulā. i. a supino formatur frequentatiuum merso mersas. Sed obiicitur de lego qꝛ formatur lectito as nec docet actor ergo male. Istud dupliciter soluitur. primo ꝙ actor dat regulam de verbis frequentatiuis formatis a verbis sed lectito secundū pris. formatur a genitiuo participii vt lectus lecti i. correpta et addita to fit lectito. ideo actor iste non debuit ponere. Secundo qꝛ d. vg. reprehendēdo pris. ꝙ lectito non formatur a participio qꝛ iā sequeretur ꝙ prius formaretur a posteriori sed formatur de lego. vnde lego lectū lectu. u. mutata in o fit lecto as. et inde lectatum lectatu. a in i et u in o fit lectito. Item obiicitur de nosco notu fit regulariter noscito noscitas nec actor excipit ergo male. qꝛ hoc verbū nosco non hꝫ gi et ab ipso nosco noscis formatur noscito tas s. remota et addita to fit noscito as. Dicendū est dupliciter. primo ꝙ est verbū antiquū nec habetur in vsu. moderno ideo actor non fecit mentionem nec excipit. secundo qꝛ d. vg. ꝙ antiquitus dicebatur nosco noscis noscitū noscitu et ab illo supino antiquo formabatur regulariter noscito as. per primā regulā.

Sciscitor et scitor dices et querito sector.

Ponit exceptionē a reg. datis de formatione verborū frequentatiuorū. vñ sciendū ꝙ sciscitor est irregulare in tribus in formatione. significatiōe et teriatione. In formatiōe qꝛ de scio scis formatur inchoatiuum per additionē de co vt scisco is. et cū sit inchoatiuū nō habet preteritum in gi. et per ꝯñs non potest formari ab illo per tertiā reg. tñ formatur a secunda persona scisco is. remota s. et addita tor fit sciscitor et est irregulare qꝛ deberet formari a supino nec formatur vt pꝫ. secūdo ē irregulare quantū ad significationē quia verbū frequentatiuū dꝫ id significare quod verbū a quo formatur cū frequentatione sꝫ id non significat sciscitor sed idē est ꝙ inuestigare. vnde vade sciscitabere ab eo. tertio est irregulare quantū ad teriationē qꝛ cū verbū a quo formatur: s. scisco terietur in o similiť sciscitor deberet teriari in o sed teriatur in or. ideo male. et ideo notabiliter ista pars diuisa fuit contra tres regulas. Scitor excipitur quantū ad terminationē vel genus. non quantum ad formationem qꝛ bene formatur a supino scio scis scitū sꝫ excipitur quantū ad termiationē qꝛ u. in o deberemus dicere scito as. et dicimus scitor aris. Querito excipitur quantum ad formationē quia de quero queris quesitū quesitu u in o fit quesito as vnde dicit pris. ꝙ quero querito facit dicere quia a queso quesito quesitas et formatur a secunda persona presentis temporis indicatiui modi: s. remota et addita to fit querito. et deberet formari ab vltimo supino. Sector excipitur quantum ad formationem qꝛ de sequor sequeris sequutum sequutu u: in or. fit sequutor sequutoris sed non facit imo sector: vnde dicit priscianus sector sectoris ꝙ causa differentie puto per sincopam v penultime prolatum. ne putaretur si sequutor diceremus esse nomen cū supinū suū sequutū ē

l iiii.

Et si obiiciatur q egroto as ē verbū frequentatiuū nec actor docet eius formationē nec excipit a regulis ergo est diminutus. Dicendū est q actor dat regulā de illis que habēt certū locū sue formationis et que sunt in vsu. sed ista nō sūt multū in vsu. qd pz per prisc. in octauo. dicētem sūt tamen quedā deficientia in supinis q raro faciūt frequētatiua vt egreo egresco egroto quare non ponit actor. vā sciendū q ista verba frequentatiua q sūt irregularia ponit magister Bñ. in sūma sua. vnde versus. Sciscitor z scitor noto noscito lectito sector. Queritat egrotat factitat atqz natat.

Hanc inceptiue formam veteres posuere
Eo cum persona presentis iunge secunda.
Verbi perfecti decet hinc exemplificari.
Ferues feruesco dat norma tepesqz tepesco.

Dat formationē verbor inchoatiuor et d. q verba inchoatiua formant a scda persona pñtis tpis indicatiui mōi verbi perfecti addita co vt ferueo es. feruesco. vnde pris. in viii maioris. Sūt igitur deriuatiuor diuerse spēs inchoatiua. quasi initiū actus vel passionis significantia vt caleo calesco horreo horresco. et subdit ideo diximus plerūqz q inuenitur ex aliis verbis sed raro dicitur cupio cupisco dormio dormisco. sentio sentisco. similiter integro integrasco. similiter amo amasco viuo viuisco rapio rapisco.

Sed dices isco cum regula formet iasco.
Hanc declinari faciet tibi tertia verbi.

Ponit exceptionē d. q isco excipitur q deberet facere io ias addita co fit iasco. sed facit isco iō excipitur et est io idē q aperio et facit isco et non iasco. propter nimiū iatum et sonū vocaliū. Nota q oīa verba inchoatiua termiantur in co nec sequitur ecōuerso q oīa verba teriata in co nō sūt inchoatiua vt quesco quieui assuesco assuescis assueui. disco didici posco poposci cresco creui et sic de aliis. Hanc declinari. Dicit q oīa verba inchoatia sūt tertie cōiugationis et sūt eiusdē g. cuius est verbū a quo formantur.

In meditatiuis fiet formatio talis
Verbi supremum perfecti pone supinum
Et finem breuia: cum quo rio sit sociata
Parturio facere sic debes esurioqz.
Verborumqz data sit declinatio quarta.

Ponit regulā d. q verba meditatiue forme formātur ab vltimis supinis verbor pefectorum u. correpta et addita rio vt esū esu addita rio fit esurio similiter lectū lectu v. correpta et addita rio fit lecturio. Verborqz. d. q verba meditatiua sūt quarte cōiugationis et per hoc pz q luxurio non ē verbū meditatiuū q nō ē quarte cōiugationis sed prie luxurio as. et similia si inueniantur. verba meditatiua sūt eiusdem generis cuius sūt verba a quibus formātur et semp idē debēt significare cū meditatione. Nota q quādo esurio accipitur pro famere est verbū neutrū absolutū sicut fameo. Et hec de prima parte huius libri dicta suffitiant.

Hic iubet ordo libri vocum regimen reserari.

In parte precedenti deteriauit actor de dictiōe per se sūpta et absoluta. hic determinat de dictiōe ad aliā cōparata. ordo pz q prius ē esse aliud scdz se et absolute q ipsū ad aliud cōparare. et q simplex ē ante cōpositū et vnū ante duo iō pz ordo. et diuiditur ista pars in duas primo proponit. scdo psequitur. secūda Vult in transitio rectum. Dicit primo q ordo libri promissus in principio iubet regimen vocum id ē dictionū reserari. i. manifestari hic. i. in presenti capitulo. Notaudū q d. ordo libri propter tria. primo q superius promisit. scdo q illa que sūt priora in intētione posterio/

ra sūt in executione iō ₇c.tertio quantū ad deteriata qꝛ superius deteriauit de quibusdā disponentibus dictiones ad regimē ideo dignū ē de regimie determinare et deberet glosari regimen actiue et passiue vocis qꝛ deteriabit naturam per quā dictio vna regit et ꝑ quā nō regit. Queritur quid est regimen. dico ꝙ est exactio dictionū quarū altera alterā cogit sub certo casu reponi. vt amo cogit ꝙ deus ponatur in accusatiuo dicēdo amo deū sicut in regimine ciuili vel reali regens subditos ad aliquid agendū cohercet

Vult intransitio rectum supponere verbo.
De personali tamen hoc intellige dici.

Hic prosequitur et d. ꝙ verbū regit noīatiuū a pte añ in rōe suppositi. deinde ponit notabile vel remouet dubiū vel specificat d. ꝙ istud ē intelligendū de verbo ꝑsonali vt sortes legit magister docet.

Sepe vocans verbum sibi vult apponere rectum.
Et substantiuum: vel quod vim seruat eoꝛum.
Hoꝛum consimiles debet coniungere casus
Copula personam dum pertineant ad eandem.
Ex vi persone rectum regit initialem
Rectum (qui sequitur) verbi natura gubernat.

Deteriat de regimie noīatiui quod fit a parte post et d. ꝙ verba substātiua et vocatiua rōe sue copule .i. rōe sui modi vnitiui sicut copula que vnit aliqua inter se copulant similes casus. Construe sic verbū vocans .i. verbū vocatiuū. et verbū substantiuū. et verbū qd seruat vim eoꝝ vult sibi rectū apponere .i. loco appositi poni. et d. sepe qm̄ vocoꝛ aliquando tenetur passiue vt vocoꝛ a petro. Hoꝛū cōsimiles. Construe sic copula hoꝛū dꝫ cōiungere similes casus dū illi casus pertineāt ad idem suppositū vel denotētur pertinere: qꝛ quedā sūt que nō pertinēt ad idem suppositū vel ad eandē rē sicut sunt ista sum asinus. sum capꝛa: sed denotātur pertinere. Istoꝝ autē habentia vim sunt ordinoꝛ pꝛesbiter. incedo superbus. Ex vi persone. Ponit causas et virtutes illius regiminis. Construe verbū substantiuū et vocatiuū supple regit rectū initialē .i. pꝛecedentē ex vi persone .i. ex vi verbi personalis. vel ex virtute illius modi significandi qui est persona. et rectū sequentem regit ex natura verbi substantiui vel vocatiui. et illa natura est vis vnitiua similium vel idēpticoꝝ extremorum.

Apponens duplices substantiuos sibi iunges.
In casu simili: poteritqꝫ genus variari.
Tunc illos ad rem spectare decebit eandem
Et plus commune pꝛecedere debet in istis.
Sicut homo soꝛtes: animal capꝛa: consimilesqꝫ.

Dicit ꝙ tu faciēs appositionē iunges duo substātiua vt aīal homo. di. ergo sic apponēs duplices substantiuos .i. faciens appositionē per duos substātiuos iūges eos in simili casu qꝛ pertinēt ad idē et ē pꝛia cōditio. poteritqꝫ genus variari et est scda coditio. tūc illos ₇c. et ē tertia cōditio. et plus cōe est quarta cōditio. sicut homo ₇c. sunt exēpla. Nota ꝙ creberrime appositio fit cā restringēde suppositionis. vt aīal hō: vrbs pictauis. fit etiam aliqñ equocationis tollende causa. vt cāna fluuius. Quotienscūqꝫ autē fit appositō verbū adiectiuū et relatiuū debēt reddi dictioni cui fit appositio et non apponēti vt ciuitas athene que olim studio floꝛuit est laudenda. Et opidū subterranea ē suis īcolis salubꝛe.

Terne persone generaliter omnis habetur
Rectus. Sed demas pꝛonomina quattuoꝛ inde.

Deteriat de quadā spē appositionis que dr̄ euocatio. et d. ꝙ oīs ntūs est tertie persone generaliter in quacūqꝫ parte orōnis inueniatur. Et si diceretur ꝙ vocatiuus est rectus. Dicendū est ꝙ vtūs nō dr̄ alter rectus nisi eo ꝙ cōstruitur intransitiue sicut noīatiuus: qꝛ aliis modis significandi differt a noīatiuo vt pꝫ differt plusꝙ̄ alii obliqui qꝛ alii obli/qui possunt supponere sed vtūs nō ideo vltimo loco fuit positus excepto ablo quivltimo fuit inuentus. Sed demas ponit exceptionē et d. ꝙ ab ista regula excipiūtur quattuoꝛ ꝓnoīa .s. ego tu nos et vos. Sed obiicitur qꝛ excipit quattuoꝛ ꝓnoīa nec docet que sūt illa ergo ꝛc. Dicendū ꝙ satis erant nota et iō noluit exprimere. Itē obiicitur qꝛ dicit prisc. ꝙ vnū est pronomē prīe persone et aliud secunde. et actoꝛ ponit quattuoꝛ ergo male. Dicē dū est ꝙ licet vnū sit prime persone per totā inflexionē tamen in illa inflexione sūt duo noīatiui vnus singularis et aliꝰ pluralis. et qꝛ ntūs singularis differt a plurali sicut pꝫ ideo ꝛc. vnde debet glosari sed demas pronoīa quattuoꝛ. i. quattuor ntōs ꝓnoīm. Item obiicitur qꝛ excipit quattuoꝛ ꝓnoīa nec docet cuius persoue sint. Dicendū est ꝙ habetur per locū a diuisione cū excipiantur a regula data de noīatiuis tertie persone propter hoc relinquitur ꝙ sint persone prime et secunde ita ꝙ duo sint prime et duo secunde.

Ista vocant rectos ad primam siue secundam.
Pauper ego ludo: dum tu diues meditaris
Nos tuti loquimur: dum vos timidi taceatis.

Dicit ꝙ ista quattuoꝛ pronoīa euocant rectos qui sūt tertie persone quasi dicat prīa persona euocat tertiā et secunda tertiā sed non prima potest euocare secundā nec ecōuerso nec vna prima aliā primā nec vna secunda aliā secundā. Pauper ego ludo est exemplū quomodo prima persona euocat tertiā personā. dum tu diues meditaris est exemplum quomō secunda euocat tertiam.

Personas genera numeros conceptio iungit.
Personas sibi dissimiles conceptio iungit.
Ac per et in medio positam conceptio fiet
Si preponatur conceptio nulla paratur.
Concipiens simile sibi vult verbum retinere.
Concipit in ternis: que prima locatur in illis:
Prima duas alias recipit: sed non viceuersa.
Concipiens medie da teruam: nec retrouerte
Sic ego tuqꝫ damus: ego tu fraterqꝫ rogamus
Tu fraterqꝫ datis.

Hic agit de conceptione et d. ꝙ conceptio habet fieri per personas per genera et per numeros. personas ibi determīat de conceptione ꝑsonarū explicita et d. ꝙ conceptio personarū iungit diuersas personas qḋ intelligendū est secundū rem et non secundū moduꝫ. Ac per et. hic ponit aliquas conditiones. primo d. ꝙ conceptio habet fieri per et positam in medio persone concipientis et concepte vt ego et tu currimus. secundo dicit ꝙ non fit conceptio per et positā in principio. tertio d. ꝙ verbū dꝫ reddi persone concipienti: et nō concepte. quarto d. ꝙ prima persona concipit scḋam et tertiā personas et secunda tertiā: et non ecōuerso. et ponit exempla: Sed notandū est hoc qḋ d. ꝙ si preponatur et vt dicēdo et ego et tu currimus non est conceptio. Aliqui reddunt rationē et dicunt ꝙ vbi est duplex copula magis est deligatio ꝙ̄ ligatio qḋ patet qꝛ si duo canes vno vinculo copulent̄ tunc eruut copulati. sed si quilibet habeat suū vinculū tunc erit solutio. sed sic est in ꝓposito et ego et tu currimus iō ꝛc. vnde dicunt ꝙ debemus dicere et ego et tu curro. sed istḋ non vꝫ. qꝛ qḋ non tollit causam non tollit effectū sed prima cōiunctio nō tollit vim scḋe

quin semper significet per modū copulantis aliqua duo ergo non tollit ꝯiunctionē causatam ex isto modo significandi qr si primo copulabat adhuc copulabit nec debēt due cōiunctiones accipi sicut ista duo vincula in diuersis existētia. qꝛ si per illa duo vincula canes copulentur respectu tertii adhuc fortius erunt cōiuncti iō nō vꝫ. Ad actorē qui dicit ꝙ si preponatur cōceptio nulla patur. Dicendū est dupliciter. pͥo ꝙ est verū nisi alia ponatur in medio. vnde nichil est dictū et ego tu currimus. bene tamen fit cōceptio si aliq̄ ponatur in medio. scđo dicendū est ꝙ verū est ꝙ non fit conceptio per primā cōiunctiōeꝫ qꝛ nō copulat aliqua tñ per illā que ponitur in medio bene fit conceptio.

Per cum: sed nunquam per vel: conceptio fiet.
Tu mecum iuste debemus iura tenere.
Sic ego cum petro gaudemus iura tenendo.
Sed non per quintum fiet conceptio casum
Si quintus desit tu petre tuiqꝫ rogate.
Tuqꝫ tuis sociis orate sacer dionisi.

Dicit ꝙ cōceptio habet fieri per cū vt ego cū petro gaudemus. et nunq̄ per vel vel ꝑ aliquā cōiunctionē disiunctiuā. Cuius ratio est qꝛ cōceptio fit qñ due persone cōiunguntur ad vnū actū excercendū sed per vel nō possunt copulari vel cōiungi respectu tertii. vnde Boecius. hoc sapit cōiunctio disiunctiua ꝙ ea in que cadit respectu tertii simul esse non permittit ideo ꝛc. Sed non per quintū. remouet dubiū qꝛ dictū est superius ꝙ secunda ꝑsona potest cōcipere tertiam ideo cū vocatiuus sit secūde persone posset aliquis dubitarē vtrū per vocatiuū posset fieri cōceptio. istud dubiū remouet. di. ꝙ cōceptio nō fit per vocatiuū si in cōcepto desit vocatiuus vt o petre et tui socii orate. Construe sic sed cōceptio non fit per quintū. i. vocatiuū si pro qꝛ vocatiuus desit natura et modo per quē fit conceptio. s. ꝙ non potest supponere. Deinde ponit exempla impossibilia vt magis appareat Notandū tamē ꝙ lꝫ per vocatiuū non fiat cōceptio personaꝝ qꝛ non potest supponere verbo: tñ per ipsū fit cōceptio generum et numeroꝝ. vt dicēdo o petre et helena albi. qa helena est f. g. et albi m. g. etiā o hoīes et berta albi. berta est numeri singularis et albi ē pluralis. ideo ꝛc.

Inter personas non fit conceptio ternas.
Sed per et aut per cum coniunctio fiet earum
Neutraqꝫ concipitur: dominus seruusqꝫ precantur
Petrus cum paulo regnant cum rege superno.
Pluribus est tanq̄ sententia certa ꝙ inter
Personas possit fieri conceptio ternas.

Remouet dubiū. quidā enī dixerūt ꝙ inter duas tertias personas poterit fieri cōceptio. quoꝝ opinionē hic remouet. Sed per et. dicit ꝙ earū personaꝝ cōiunctio fit per ꝛ et per cū. Neutraqꝫ. i. neutra tertia persona cōcipit nec cōcipitur. et tūc ponit exemplū cū d. dominus seruusqꝫ precantur. Petrus cū paulo. ostēdit quō iungūtur per cū. Pluribus est. tangit opinionē antiquoꝝ. d. ꝙ quidā posuerūt cōceptionē posse fieri inter ternas personas et istius opinionis fuit pris. in miori. mō qꝛ vrbanū est substinere actorē iō dicenduꝫ est ꝙ pris. intelligit vnā personā esse digniorē alia realiter. sed quantū ad modū significandi vna persona tertia non est dignior altera. Notandū ꝙ conceptio personaꝝ nō potest fieri inter tertias personas loquendo de ea cōceptione in qua vna persona trahitur in ꝓprietatem alterius in hoc. s. ꝙ est respicere verbū sub suo mō loquendi. vna tñ tertia aliā vꝫ cōcipere per eq̄parentiā: inquantū. videlꝫ actus verbi pluratiuus equaliter redditur et cōparatur personis duabus.

Vt personarum generum conceptio fiet.
Adiectiua tenet generis conceptio: masqꝫ
Femineum recipit et neutrum: nec retrouerte.
Hic vxorqꝫ thoro sunt iuncti: mente remoti.
Sunt domino grati virgo cum virgine iuncti.
Bos et iumentum sunt ad presepe ligati.
Neutraqꝫ femineis tanquam concepta videbis
Per vim sunt leges et plebiscita coacte.
Hoc etiam sepe facies in distribuente
Pronus vterqꝫ iacet: de petro dic helenaqꝫ.

Hic determiat de conceptione generū et d. ꝙ habet fieri sicut cōceptio personarū. Adiectiua. prosequitur et d. ꝙ cōceptio generū fit inter adiectiua vel respectu adiectiuorū. deinde dicit ꝙ masculinū genus cōcipit femininū et neutrū et non ecōuerso. Deinde poit exempla. virgo. i. beatus iohannes cū virgine. i. maria sunt iuncti dño. bos et iumentuꝫ sunt ligati exemplū quomō ma. cōcipit ne. tu videdis neutra tanꝙ. i. vere cōcepta femīeis vt leges et plebiscita sunt coacte. Si obiciatur boues et altilia mea sunt occisa et baculus et virga sunt consolata me. ibi videtur neutrū cōcipere fe. Dicendū est ꝙ dicendo boues et altilia mea sunt occisa non est conceptio sed zeuma. ⁊ est sensns altilia mea sūt occisa et boues. De virga et baculus dicendū ē ꝙ ponuntur absolute nec est ꝯceptio. hoc etiam d: actor ꝙ cōceptio fit mediante signo distributiuo vt demonstrato viro et muliere dicitur vterqꝫ iacet pronus vel vterqꝫ est albus. et dicitur implicita q: ibi non explicātur cōcipiens et conceptū. vnde demōstrato petro et helena dicā vterqꝫ est albus non exprimendo illa et ideo dicitur implicita.

Disiungit regimen (quod iunxerat ante) prolēpsis.
Hii metuunt: alius dominos: aliusqꝫ magistros.
Aut quod preposuit extra sumendo reducit.
Hii properant et ego: tu ludis et ille sedendo
Inuenies rectum quandoqꝫ regente solutum.
Ecce tibi rectum quartum ve solet dare casum.

Hic determinat de prolēpsi et d. ꝙ prolēpsis disiungit regimeu quod iunxerat ante. Cōstrue sic prolēpsis disiungit. i. per partes diuidit regimen quod iūxerat ante vt regatur vel a partibus suis vel a verbo vel regimine quod iunxerat vel suis partibus vel verbo sit regendū. Aut quod. reducit zeuma ad constructionē aliquid sumendo ad aliquid extra illud quod preponit vt hii ꝑperant et ego sumendo ipsū scꝫ ego extra id qđ preposuit s. extra hoc quod est hii properant qđ prepositū est. similiter tu ludis et ille ly tu ex vi persone regitur et ly ille regitur ex vi zeumatis. sedendo ponitur causa metri. Sed obicitur q: actor non noīat istam figurā. Dicendū est ꝙ non noīat q: erat manifesta. Notandū est ꝙ prolēpsis preassumit plꝫs partes in toto et postmodū ille partes facta disiunctōne id est diuisione improprie reddūtur verbo totius vt hii ecce totū. alius et alius sunt partes que reguntur a verbo metuunt ex vi prolēpsis. Circa zeuma q̄ritur vtrum fiat ibi Quid nisi secrete leserunt phillida silue. Et videtur ꝙ sic q: secundū naturā zeumatis verbū redditur proximiori. Quidam dicūt ꝙ non est ibi zeuma q: nunꝙ fit sine addiūcto vel distributione et reponunt sub aleotheta. vnde quid potest regi ab isto verbo leserunt propter mltiplicitatē interrogationis sicut turba cum isto verbo ruunt propt pluralitatē suppositorū. Alii dicūt ꝙ quid tenetur aduerbialiter et tunc sic expone. Quid. i. in

quo ſilue leſerunt phillida: niſi quia erant ſecrete. Aduertēdū preterea ꝙ iſta locutio po
teſt excuſari ruthenenſis: et flāmigus diſputat intelligendo diſiunctiue ⁊ zeumatice nō
collectiue: non eſt tamen extendenda. proba per publicū ouidium. Dīs pliades totaqꝫ
troia dabit. D. B. Inuenies rectum. deteriat de abſolutione noīatiui. Ecce tibi. agit de
regimine noīatiui cum partibus minus principalibus dicit ergo ſic hoc aduerbiū ecce ſo
let dare rectum. i. ordinari cū ntō. vel quartū. et notabiliter d. ſolet qꝛ aliqui antiquoꝝ
crediderunt ꝙ cōſtrueretur cū ntō et accuſatiuo ſed male qꝛ ad conſtructionē nti inquan
tum ntūs requirūtur aliqui modi ſignificandi quoꝝ proportio vel cōuenientia non pōt
reperiri in hoc aduerbio ecce nec cum accuſatiuo qꝛ ſolū regitur a verbo tranſitiuo. vel a
participio ab ipſo deſcendente ſed ecce non importat tranſitiuum actū ideo ꝛc. Cōſtrue
tu inuenies rectū. i. ntm̄ ſolutū quādoqꝫ regente. i. regimīe expreſſo. et d. quādoqꝫ quia
non ſemper ponitur abſolute.

Eſt obliquorum regimen: quod ſcire laboras.
In primis regimen quod fit per nomina: poſt hec.
Quod fit per verba: de hinc (quod fit per cetera) dicam
Hinc exempla notes: quibus iſta videbis aperte.

Hic deteriat de regimīe obliquorum et diuiditur in d. prīo ꝓponit. ſecūdo ꝓſequitur. ſe
cunda nomen ſignificans. Dicit ergo regimen obliquoꝝ eſt et iō tu debes laborare et
ſcire. hic notantur tria: primo quare actor ponit prohemiū in principio regiminis obli-
quorum non autē in regimīe rectoꝝ. Dicendū ē ꝙ triplex eſt cauſa. prima qꝛ determīa
re de regimine obliquoꝝ ē difficile ideo ponit prohemium vt denotet modū ꝓcedendi ī
conſtructione. vnde d. ꝙ prīo deteriabit de noīe deinceps de verbo eodē mō de aliis. ſcdo
ponit prohemiū vt cōtinuet dicta precedētibus. tertio ponit ꝓhemiū qꝛ regimē obliquo
rum diuerſū eſt et multiplex. regimen vero ntī non eſt ita diuerſū nec multiplex vt patꝫ
iō ꝛc. Secundo notandū eſt ꝙibi agitur de regimine paſſiuo qꝛ obliquus inquantū obli
quus non regit per modum ſignificandi qui eſt depēdere ad aliud tanꝙ terīm ſue depē
dētie. Tertio notandū ꝙ per hoc ꝙ. d. laboras tangit dificultatē. per hoc ꝙ d. ſcire tangit
vtilitatē cū ſcia ſit de bono et de difficili et ne aliquis deſperaret iūgit duplex remediū.
primū ē ordo qꝛ prīo deteriabit de regimīe facto per noīa deinde ꝑ verba et ſic deinceps
Secundū remediū eſt exēploꝝ poſitio. Conſtrue regimen obliquoꝝ paſſiue eſt. i. pn̄s qđ
ſcire laboras. i. ꝓpter quod ſciendū tu debes laborare. Ego dicā in primis. i. in principio
regimen quod fit per noīa. de hinc quod per verba: et dicam illud quod fit per alias par
tes orationis: et ſic ponit modū tractandi.

Nomen ſignificans poſſeſſum da genitiuo.

Hic proſequitur de intēto et ponit prīo hanc regulā. d. ꝙ nomē ſignificās vt ē alterius
tanꝙ poſſeſſio regit gtūm ſignificantē vt cuius ē alterū ex vi poſſeſſiōis. vt capa magrī.

Dicere ſi vere poſſis: iſtud mea res eſt
Cum nichil adiunges: tunc eſt poſſeſſio pura.
Dentur in exemplum tibi regis equus: ducis aula.
Si petis adiungi: non eſt poſſeſſio pura.
Per plures ſpecies huius diuiſo fiet.

Declarat actor quedā et d. ꝙ duplex eſt poſſeſſio quedā pura ⁊ quedā impura. Poſſeſſio
pura eſt quando aliud dependet ad alterū vt eſt alterius tanꝙ poſſeſſio et id ad quod de
pendet ſignificatur cuius eſt alterū tanꝙ poſſeſſor vt capa magiſtri equus iohannis. ꝛc.
Sed poſſeſſio impura ē quando depēdet ad alterum vt quod eſt alterius non ſolū tanꝙ
poſſeſſio ſed inquantum addit aliā habitudinē ſpēalem ſicut demonſtrationē eſſentie
vel actus cōuerſi in habitū vt mulier egregie forme et hoc eſt ꝙmulier dependet ad egre

giem formā tanꝙ subiectū ad suā ꝓprietatem et hoc patet per actorē qui īmediate diuidit istam possessionē impurā per plures species/ vnde sciendū ꝙ sex sunt constructiones genitiui vna que fit ex vi possessionis pure et quinqꝫ sunt ex vi possessionis impure .s. ex vi actus cōuersi in habitum. alia ex vi demonstrationis essentie. alia ex vi partitōis. alia ex vi plenitudinis vel vacuitatis. alia ex vi relationis. vnde versus. ‖Possidet ꝛ monstrat partitur vertitur actus. Et replet et vacuat sic sexta relatio fiet. Construe si possis dicere istud mea res est. i. ꝙ tantū sit habitudo inter illa possessionis et possessoris et nulla alia habitudo est possessio pura. postea exemplificat vt equus regis. aula ducis. Si petis adiungi. i. ꝙ addatur alia habitudo ꝙ possessionis et possessoris sicut demonstratio essentie vel aliquid huiusmodi non est possessio pura et hec diuiditur in plures vt patuit.

Pars propriumqꝫ regunt genitiuos: atqꝫ reguntur.
Dum tamen attendas laudem vel crimen vtrinqꝫ
Dextra viri fortis speciem superat mulieris.
Vir fortis dextre: speciei femina mire.
Vir duri capitis: et forme femina turpis.

‖Hic determinat de regimine quod fit ex vi possessionis pure et dicit primo ꝙ dictio significans partem exigit dictionē significantē totū vt dextra viri. Alia regula est ꝙ dictō significans ꝓprietatē regit ꝯtūm significantē subiectum illius proprietatis vt spēs mulieris ex vi possessionis. Alia regula est ꝙ dictio significans totum regit dictōnem significantem partē ex vi demonstrationis essentie. et dictio significans subiectum regit dictionē significantem ꝓprietatē ex vi demonstratōnis essentie dū tamen laus vel vituperium attendatur vtriqꝫ. ‖Hic nota. ꝙ pars regit totum et proprietas subiectū ex vi possessionis pure sicut pꝫ quia ista non habent aliā habitudinem imo solum dicēdo dextra viri hoc solū qđ est dextra importat partem possessā a viro nec addit aliā habitudinē similiter dicendo forma mulieris forma regis. qꝛ solū d. ꝓprietatē possessam a muliere. et si dicas quare ergo ponuntur. Dicendum est ꝙ non ponuntur pro se cū cōtineantur sub prima regula sed ponūtur propter regimīa cōuersa.

Et debet parti (quod pars fuit) annumerari.

‖Hic actor remouet dubia et primo qꝛ actor d. ꝙ dictio significans partē regit ꝯtūm īportantem totū. mō aliquis posset dubitare vtrū ista regula detur tm̄ de parte que actu ē in suo toto istud dubiū remouet d. ꝙ dictio significans partem regit totum licet pars non sit actu in suo toto cuius fuit pars vt pes porci et vide sicut dictum est ꝙ illud regimē fit ex vi possessionis pure eo ꝙ nulla alia habitudo superadditur. Si queras quare ibi poīt Dicendū est sicut dictum fuit ꝙ ponit propter eius cōuersam vt magis appareant .s. ista porcus boni pedis et regitur ly pedis ex vi demonstrationis essentie lꝫ pars non sit in toto actu cuius ratio est: qꝛ destructis rebus secundum se adhuc remanet significatū ꝛ idē modus significandi.

Clausum sub parte dices tunc temporis esse.

‖Hic remouet secundū dubiū et potest legi dupliciter. primo qꝛ de tempore non habemus nisi nūc idō posset aliquis dubitare vtrū preteritū tpūs esset pars tēporis. istud dubium remouet d. sic. Construe sic tu dices tunc. s. preteritū tp̄s esse clausū sub parte temporis. aliter potest legi et melius cū ibi solū intelligat actor de regimīe dictionū ideo posset aliq̄s dubitare vtrū dicendo tunc temporis ly tunc posset regere ly tp̄is ex vi possessionis. istud dubiū remouet d. ꝙ non regit ex vi possessionis sed ex vi partitionis. vnde sciendū ꝙ duplex est pars qꝛ quedā est pars que est vere pars et significat per modū partis sicut dicendo dextra viri et talis pars regit totū ex vi possessionis. Alia est pars que non tm̄ est pars sed etiā significat per modū participantis vt caput et talis pars regit suū totū ex vi partitionis sic est in ꝓposito. qꝛ tūc est pars tēporis et significat per modū participātis ipm

ideo regit ipsum ex vi partitionis.

Contentum regit hos: et res que continet illud.
Vt vinum vasis: hec sunt duo dolia vini.

Remouet aliud dubiū q2 dictū est ꝙ dictio importans partē regit totū q2 pars continet in suo toto ideo posset aliquis dubitare vtrū fieret illud in aliis rebus. Istud dubium remouet dicēs ꝙ dictio importans rē contentā regit dictionem significantē rem continētem ut vinū vasis. et ecōuerso dictio importans rem continentē regit dictionem importantē rem contentā vt doliū vini. et vide ꝙ dicēdo vinū vasis vinū regit ly vasis ex vi possessionis q2 possidetur a vase. sed dicendo vas boni vini ly vini regitur ex vi demonstrationis essentie q2 vas importat subiectū demonstrabile per suū accidens boni importat illud accidens ideo ⁊c. nec ponitur vt dictū est illa regula contentū regit propter se quia non spectat ad istam presentē regulā sed ꝑpter cōuersam. Construe cōtentū. i. dictio importans rem contentā regit hos supple qtōs et resque continet illud. i. dictio importās rem continentem regit dictionē importantē rem cōtentam.

Contentis suberunt ea: que contenta fuerunt.

Hic remouet aliud dubiū quia dictū est ꝙ dictio importans rē contentā regit dictōnem importantē rem continentē licet modo non sit contenta in illa vt de vino in cifo dicim9 esse vinum magni doli similiter ecōuerso ecce dolium boni vini ex vi demonstrationis essentie et cū dicitur vinū doli ex vi possessionis regitur ly doli eodē modo dicendum est de aliis. Construe ea que fuerunt contentis licet modo non sint cōtenta suberunt. i. eodē modo regunt et reguntur.

Tempus (qui fiunt in eodem) continet actus
His adiungatur prelatio cum famulatu.
Rex huius populi veniet regisqꝫ minister.

Hic remouet aliud dubiū q2 dictū est ꝙ dictio significans rem cōtentā regit qtūm significantē rem continentem et hoc in rebus permanentibus. modo aliquis posset dubitare vtrū illud posset fieri tn̄ rebus successiuis. hoc dubiū remouet d. ꝙ operationes que fiūt in aliquo tempore regunt qtūm importantē illud tempus in quo facte fuerunt ille operationes vt cū dicitur dies belli opus triū dieruꝫ similiter octo dierū. et reguntur ista ex vi demonstrationis essentie q2 puer importat subiectū demonstrabile octo dierū dicit accidens notificans ⁊c. His adiugatur. hic addit actor quedā que non spectant ad presentem regulam. et dicit ꝙ dictio significans prelationem regit dictionē significantē famulatū. vel ecōuerso dictio significans famulatum regit dictionē significantē prelationem vt episcopus ecclesie rex populi vel minister regis. vnde ly rex regit ly populi ex vi actus conuersi in habitum vt rex populi. i. qui regit populū. similiter minister regis ex vi act9. i. qui ministrat regi vel ex vi relationis vt minister dn̄i. Construe prelatio. i. dictio significans prelationem regit dictionem significantē famulatū adiungat̄ his. et poīt exēplū

Proximitas: contrarietas: genus his sociatur.
Huius vicinus: hostis regis: pater eius.

Hic addit quedā ponēdo tres reg. d. ꝙ dictio significans ꝓximitatē regit dictionē significantē terminū illius ꝓximitatis vt vicinus huius. Secunda regula est ꝙ dictio significans contrarietatē regit qtūm dicentē terminū illius contrarietatis. vt hostis regis / tertia regula est. dictio significans genus uel propaginē in genere regit qtūm dicentē terminū illius generis. vt pater illius.

Verbum (quod transit) dat in or verbale vel in trix
Presens participans pro nomine ponitur: istos
Ista regunt casus vt amans et amator amatrix.

Cuilibet istorum poteris coniungere vini.

Superius actor deteriauit de prima constructione gti ex vi possessionis impure que fit ex vi demonstrationis essentie. hic determiat de secunda que fit ex vi actus cōuersi in habitum et d. primo ꝙ verba transitiua de se faciunt noīa verbalia teriata in tor vel ī trix. vt amator amatrix vel presens participiū positū loco noīs. Istos ista regunt. ponit regulam et dicit ꝙ noīa et participia sumpta pro noībus regūt gtūm ex vi actus cōuersi ī habitum vt amator ꝑximi id ē amans proximi. ⁊c. d. ergo sic noīa termiata in tor vel ī trix a verbis transitiuis venientia et pñs participiū in ans vel in ens positū pro noīe regunt gtūm ex vi actus cōuersi in habitū vt amator vini lectrix lectionis. ⁊c. Primo not. ꝙ notanter d. quod transit qꝛ illa que descendūt a verbis absolutis non regūt gtūm ex vi actꝰ conuersi in habitū sed ex vi possessionis bene possunt regere et ideo notanter di. transit. quia noīa verbalia a verbis neutris transitiuis veniētia bene hñt tale regimen vt comestor panis qui comedit panē. et notanter dicit in or et non in tor vt cōprehendentur illa que terminantur in or qualibet consonante precedente or vt fossor vinee qui fodit vineā Item notanter dicit in or vel in trix ad remouendū verbalia teriata in io. vt lectio.

Suntqꝫ regendo pares predictis equiparantes:
Vt cupidus ludi puer est: timidusqꝫ flagelli.

Ponit regulā de equiparantibus noīm verbaliū. d. ꝙ noīa equiparantia predictis s. noībus verbalibus et noībus participantibus regunt similiter gtūm ex vi actus cōuersi in habitum. vt cupidus ludi timidus flagelli. eodē modo de similibus. Si autē queratur q̄ sunt equiparantia predictis. Dicendū est ꝙ illa noīa que possunt resolui in suū verbū cū noīe infinite substantie quod est quis vel qui vt cupidus ludi qui cupit ludū. eodē mō de similibus. Construe equiparātes predictis in resolutione supple sunt pares in regendo qꝛ regūt gtūm ex vi actus cōuersi in habitū.

Artificis regimen datur hic: vt epistola pauli.

Ponit quedā que non spectant ad regulā presentē ⁊ ponit regulā. d. ꝙ dictō significans effectū cause efficiētis artificialis regit gtūm significantē illā causā efficientē vt epistola pauli. Sed videt ꝙ non debeat poni ibi cū contineatur sub regimine possessoris qꝛ epistola regit ly pauli ex vi possessionis silr epla artificis, sed sustinendo possumus dicere ꝙ ponit istā propter aliā. s. propter eius cōuersā artifex eple artifex enim regit hoc quod est epistole ex vi actus conuersi in habitū quod apparet de eius resolutione artifex epistole id est qui fecit epistolā.

Quodqꝫ fit ob causam regit hos vt busta parentum

Hic ponit actor aliā regulā que non spectat ad principale ꝓpositū. d. ꝙ dictio significās effecum alicuius cause finalis regit gtūm significantē illā causā vt busta parētū ara triumphi. vnđ antiquitus fiebāt are vt haberet̄ victoria de hostibus ⁊ ita triūphus erat cā finalis quare fiebant are.

Effectus nomen cause iunges genitiuo.
Effectus culpe pudor est et pena reatus

Ponit aliā regulā. d. ꝙ dictō significās effectū regit gtūm significātē cām illius effectꝰ vt pena reatus ⁊ si arguat̄ ꝙ potest ꝯtineri sub illa regula artificis regimē qꝛ culpa ē cā pudoris ⁊ pudor ē effectus paulus ē cā epistole ⁊ epistola ē effectus. Dicendū est ꝙ regula est data de causa efficiente et effectu secundum ꝙ sunt corruptibilia vel vnū corruptibile et aliud incorruptibile sicut paulus est corruptibilis et epistola incorrupta: sed hic datur regula scđm ꝙ sūt incorruptibilia ambo et ita non superfluit. Construe. iunge nomen effectus. i. dictionem significantē effectū gtō significantis causā pudor est effectus culpe. et pena est effectus reatus.

Illud quod regitur et rector idem tibi signant

Virtus vera dei nos crimine purget ab omni.

Ponit regimen in quo regens et rectũ pertinẽt ad idẽ.d. ꝙ dictio significans effectum qui est idẽ cũ sua cã regit gtũm significantẽ illã cãm vt virtus dei et deus sunt idẽ qꝛ nullum accidens cadit in deo.propter qḋ quicquid est in deo est deus ⁊ tale regimen fit ex vi possessionis et est sensus virtus dei.i.deus habens virtutem. sed si diceretur deꝰ vere virtutis esset ibi regimen ex vi demõstrationis essentie.et licet nullũ accidens cadat in deũ secundũ se qꝛ deũ totaliter intelligere non possumus nisi per similitudinẽ ⁊ per ista inferiora attribuimus ei nomen possessoris ⁊c.Construe illud quod regitur et rectoꝛ.i.dictio regens et recta significant tibi idẽ vt virtus vera dei propter versũ dicimus nos crimie purget ab omni.

Materiam signans iungatur: vt anulus auri.
Aut ablatiuum dabis ex vel de preeunte.

Ponit regulam cõem genitiui d.ꝙ dictio significans materiam et effectũ cause materialis regit gtũm significantẽ illã cãm vel ablatiuũ mediante prepositione vt anulus auri vel de auro.vitrũ filicis vel ex filice.

Adde relatiuum sunt dupla quaterna duorum
Sic speciem generis dat atqꝫ genus speciei.

Ponit quartã additõnẽ gti .d.ꝙ dictio significans per modũ dependẽtis vt ꝙ alterius ẽ tanꝙ relatinũ regit casũ significantẽ per modũ termiantis tanꝙ propriũ relatiuũ vt pater filii.filius patris.ponit ergo regulã ꝙ dictio significans per moduꝫ relationis regit importantẽ alterũ relatiuũ tanꝙ propriũ terminũ sue relationis.vt pater filii ⁊c.et ponitur ibi duo pro dimidio vt duplũ dimidii duplũ.Construe adde cũ gtõ significante relationẽ per modum relationis quaterna sunt dupla duorum : totum hoc equipolet huic duplum dimidii duplum.

Cum partitiuis numerum seriemqꝫ locabis
Quilibet/alter/vter/neuter/duo/quartus eorum.

Ponit regulam dicens ꝙ dictio significans per modum dependentis vt qḋ alterius est tanquã partiens regit genitiuum significantem per modum vt cuius est alterum tanꝙ partibile ex vi partitionis vt alter eorum primus istorum. Construe locabis cum partitiuis.i.cũ dictionibus significantibus per modum partitionis vt quilibet alter neuter numerum id est dictionem significantem numerum : et seriem.i.dictionem significantem seriem quasi dicat omnia ista regunt gtũm ex vi partitionis vt quilibet istorum .vterqꝫ istorum.alter istorum.exemplum est de partitiuis.quartus istorũ exemplũ est de significantibus ordinem:duo exemplũ est de numeralibus.

Pone gradum medium: partitio quando notatur.

Hic ampliat suam regulam et dicit ꝙqñ comparatiuus tenetur partitiue regit gtũm ex vi partitionis vt fides spes caritas maioꝛ horũ est caritas.vnde comparatiuus habet duplicem modum significandi vnum qui est significare per modum partitionis et hoc modo construitur cũ genitiuo ex vi partitionis et habet suum modum significandi .vnde ẽ comparatiuus et isto modo construitur cum ablatiuo.vnde si tu queras quomodo tu scies quando tenetur comparatiue et quando partitiue: He.he.et robertus declarant dicẽtes ꝙ nomen comparatiui gradus semper tenetur partitiue quando comparatur ad aliqua et inter ea ad que comparatur tenetur ⁊ continetur vt spes fides caritas maioꝛ horũ est caritas.sed tunc tenetur comparatiue quando comparatur ad aliqua nec continetur inter illa ad que comparatur vt sum fortioꝛ platone ibi ly ego non numeratur inter platonem et ideo tenetur comparatiue. Construe sic pone gradũ mediũ.i.comparatiuum quando partitio notatur.i quando compatiuus tenetur ꝑtitiue regit gtũm ex vi partitionis vt maioꝛ horum est caritas.

Vt partitiuum pones vbicunqꝫ locorum.

Hic ampliat ad scdm.s.aduerbiũ.d.ꝙ vbicũqꝫ regit gtũm ex vi partitionis vt vbicunqꝫ locorũ et regit ly vbicũqꝫ ly locorũ ex vi ptitiõis et regit per suũ modũ significandi quia vbicũqꝫ significat per modũ dependẽtis vt ꝙ est alterius tanꝙ partiens sed locorũ significat per modũ partibilis vt cuius est alterũ. Construe tu pones vbicũqꝫ locorũ vt pro tãꝙ regimen partitiuũ.

Sub partitiuis pronomina terna locabis:
Vt volucrum canit hec:gemit illa:tacens manet ista.

Hic ampliat ad tertiũ.d.ꝙ tria pronoĩa.s.hic ille iste regunt gtũm ex vi partitionis: vt hec volucrũ.ly hec regit ly volucrũ ex vi partitionis. Construe locabis terna pronomĩa quantũ ad frequentẽ vsũ sub partitiuis,i.sub cõstructione partitĩa.et poĩt exẽplũ vt pꝫ.

Da gradui summo genitiuum plura notantem
Est Salomon populi ditissimus atqꝫ virorum.

Hic ampliat ad quartũ et ponit regulã d.ꝙ superlatiuus gradus regit gtũm singularẽ collectiui noĩs etiã gtũm pluralẽ rõne cuius significat excessum vt sortes est fortissimus aĩaliũ. Construe da gtũm plura notantẽ siue sit singularis numeri noĩs collectiui vel numeri pluralis sũmo gradui.i.suplatiuo. Salomon est ditissimus populi :exemplũ est quõ suplatiuus regit singularẽ noĩs collectiui.atqꝫ virorũ est exẽplũ de gtõ plurali.

Iste gradus geminos quandoqꝫ regit genitiuos.
Esse solet nemorum regum ditissimus iste.
Expositum poterit regimen tibi notificari.

Hic determĩat de superlatiuo secundũ ꝙ regit duos genitiuos .d: ꝙ superlatiuus regit quandoqꝫ duos genituos et ponit exemplũ. Construe iste gradus.s.superlatiuus regit quandoqꝫ genitiuos gemĩos et bene.d.quandoqꝫ qꝛ nõ semper:sed solũ quãdo positiuꝰ construitur cũ gtõ esse solet exemplũ est et regimen expositũ poterit tibi notificari qualiter suplatiuus regit duos gtõs.

Idqꝫ quod esse solet:de consuetudine iunges.
Vt caupo pistor horum scola siue taberna.

Hic addit aliqua que non spectant ad presentem regulam: et primo remouet quoddaꝫ dubiũ qꝛ dictũ est supra ꝙ dictio significans per modũ dependentis vt ꝙ est alterins regit genitiuũ significantẽ per modũ vt cuius est alterũ.vnde posset aliquis dubitare vtrũ dictio significans per modum dependentis vt ꝙ alterius fuit vel erit licet modo non sit possit regere genitiuũ.vnde licet aliquis non sit modo pistor regis:sed fuit adhuc dicitur esse pistor regis.vnde ly pistor regit ly regis ex vi possessionis.sed si dicatur pistor panis: ex vi actus conuersi in habitum vt visum est superius. Construe iunges genitiuo id qđ solet esse alterius licet modo non sit iunges inꝙ de consuetudine.i. secundum vsum caupo regis.scola regis.capella regis.ly regis regitur ab omnibus istis ex vi possessionis.

Leticie cathedram sub consuetudine ponam

Hic remouet aliud dubium siue ponit secundum additũ qꝛ dictum est superius ꝙ dictio significans sbm̃ regit gtũm significantẽ proprietatẽ.iõ dubitaret aliquis vtrũ dictio significans sbm̃ possit regere gtũm cuius sit illa proprietas licet modo non sit.di. ꝙ sic vt cathedra leticie et potest esse illa cathedra in qua dñantur vel magistrãtur domini legũ. et quãdo aliquis in ea magistratur vocatur cathedra letitie. eodẽ modo licet aliquis nõ ponatur in presenti:preterito vel futuro tamen semper vocatur cathedra leticie et fit tale regimen ex vi demonstrationis essentie.qꝛ cathedra importat subiectũ demõstrabile ꝑ suã ꝓprietatẽ hoc ẽ ꝙ leticie ĩportat illã ꝓprietatẽ. Cõstrue sic pono sub cõsuetudine.id ẽ sub cõi vsu loquentiũ cathedrã leticie lꝫ modo non sit.

Additur excellens flos florum virgo beata.

Ponit tertiū additū vel tertiā reg.d.ꝙ dictio significans excellentiā regit gtūm plēm respectu cuius fit excellētia vt flos florū, virgo virginū et est ibi regimen ex vi partitionis. vnde in compendio ꝯ sub partitiuis vult excellentia poni. Rex regum demus partitiuis modus hic est flos florū qꝛ flos significat per modū dependētis ꝛ florū significat per modū partibilis vt huius iō ꝛc. vnde si dicatur flos lilii vel rosarū non est constructio partitiua sed possessiua.

His precium iunges vt salmo trium solidorum

Ponit quartū additū et ponit talē regulā.d.ꝙ dictio significās rem appreciatam regit gtūm significantē certū preciū illius rei appreciate vt salmo triū solidorū et fit tale regimen ex vi demonstrationis essentie: qꝛ salmo importat rem appreciatā tanꝙ subiectum demōstrabile per suū accidēs qđ ē triū solidorū iō ꝛc. similiter potest fieri econuerso. dictō significans preciū regit gtūm significantē rē appreciatā vt tres solidi salomōis et fit ex vi possessionis.

Etatem iungo velud annorum puer octo

Hic ponit quintū additū et ponit talē reg.d.ꝙ dictio significans etatē vel pertinēs ad etatē vel ad rem conceptā in etate regit gtūm dicentē certā quātitatem illius etatis ex vi demonstrationis essentie.

Mensuramqꝫ notans vt vasa trium modiorum

Hic ponit sextū additū et ponit talē reg.d.ꝙ dictio significans rē mensuratā regit genitiuū significantē certam quantitatē vel numerū illius mensure vt vas vnius modii. et fit illud regimen ex vi demonstrationis essentie:

Remqꝫ representans regi tūc aut signa figurans
In crucis hoc signo vel regis imagine signo

Ponit septimū additū et ponit talē reg.ꝙ dictio significans representationē regit genitiuū significantē rem representatā vt imago dn̄i signū crucis et fit illud regimē ex vi possessionis: qꝛ nulla alia habitudo superadditur vt imago cesaris est aurea.i. cesar est hn̄s imaginē auream tanꝙ aliquid significatiuū seu representatiuū. Signū crucis fit cōtra insultus diaboli.i. crux hn̄s signū seu cui inest aliqua significatio fit contra insultus demonis. et intellige de illo signo quod quispiā efficit: dū se cruce signat. nec sunt ibi due regule sicut pꝫ dictio representās rem et dictio figurans.i. dictio representans signa regit hunc casū.s. gtūm ex vi possessionis vt imago dn̄i. vnde signo.i. significo tibi hoc i signo crucis vel imagie regis sic est verbū et ego signo.i. significo tibi hoc in signo crucis. Iꝫ signo regit Iꝫ crucis ex vi possessionis et sic est nomen.

Per suplementum propriis iunges genitiuum
Dalida Sansonis probat hoc Jacobiqꝫ mara.

Dicit ꝙ aliquando nomen propriū construitur cū gtō per supplementū.i. per defectum regentis vt dalida sansonis deficit regens.s. vxor et est sensus dalida vxor sansonis. Cōstrue tu iunges propriis noībus per supplementū gtūm verū est quando nō accipitur vt sbm̄ demonstrabile quod est principiū notificandi ipsū. deinde exemplificat dalida sansonis.i. vxor sansonis. et maria iacobi.i. mater iacobi.

Multaqꝫ comperies: si possessiua resolues.

Hic remouet quoddam dubium vel ponit quoddam notabile.d. determiatū est de regimine gti: in diuersis speciebus sicut de demonstratione essentie et sic de aliis. iō actor ponit quoddam notabile dicens ꝙ inter illas species constructionis genitiui inueniuntur multa regimina genitiui ex vi possessionis si resoluantur.i. si perfecte scrutentur: et per istam regulam redditur sufficiens de his que dicta sūt superius: qꝛ sicut superius patuit

inducendo.primo ponebatur regula.secundo addebantur quedam que nō spectant ad regulam propter hoc vt reddatur sufficiens dicit tu inuenies inter regimina supradicta multa possessiua.i.facta ex vi possessionis cum resolues.i.cum considerabis modos significandi qui sunt causa talis regiminis vel constructionis et per hoc soluitur obiectio que opponi posset quia promisit superius determinare de regimine obliquorum quod fit p nomina.deinde per verba.deinde per ceteras partes orationis. sed si non faceret mentionem de aliis partibus orationis esset diminutus nisi sic poneretur sententia. Construe tu inuenies multa regimina possessiua.i.multas partes orationis cum genitiuo constructas ex vi possessionis cum resolues.i.cum considerabis modos significandi qui sunt cā constructionis genitiui vt misereor tui miserens tui tunc temporis.rc.

Additur oblitus memini memor atq recordor.

Determīat de regimine gtī qđ fit per verbū et d. ꝙ ista verba obliuiscor. memini et memoror regunt gtūm.vt obliuiscor lectionis.

Inter et est iunge. demes pronomiua quinq:
Intererit regis vt regnum iure gubernet.
Regine refert: vt viuat crimine pura.

Superius determinauit de regimine genitiui cum verbis personalibus hic determīat de regimine genitiui cum verbis impersonalibus et ponit regulam. vnde sciendum est ꝙ priscianus dicit primo minoris duo inueniūtur verba scilicet interest et refert: que cū genitiuis omnium casualium construuntur exceptis quinq pronominibus primitiuorum loco quorum ponuntur ablatiui possessiuorum in femineo genere:ne coīcidant vt interest regis et sic de aliis.quare autem dicatur interest mea et non interest mei videbitur inferius. Construe iunge inter et est.i.interest.et est themesis gratia metri cum genitiuis demes quinq pronomina.i.genitiuos quinq pronominum scilicz mei.tui.sui.rc.intererit regis exemplū de interest.regine refert exemplū de refert.

Est intellectum pro pertinet additur istis.
Est patris matrisq pie succurere nato.

Dicit actor ꝙ istud verbum est positum pro pertinet regit genitiuum et ponit exemplū cum dicit est patris matrisq rc.

Dat regimen simile:quod pertinet officiumq
Vt custos rerum:sic et custodia rerum.

Hic ponit quoddam incidens qr in ista parte principali propositum erat determinare de regimine genitiui quod fit per verba sed ibi determinat de regimine quod fit per nomina ideo ibi est incidens.et ponit duas regulas.et incidit sic:qr determinat de regimie genitiui cum quibusdam verbis significantibus pertinentiam. ideo incidenter determinat quia quedam sunt nomina pertinentia ad officia ideo de illis ponit regulam dicēs ꝙ nomen pertineus ad officium sicut sacerdos et episcopus regit genitiuum significantem rem officii vt episcopus dioceseos lingoniensis custos ciuitatis. eodem modo de similibus.Alia regula .nomina significantia officium regunt genitiuum. vt custos rerū episcopatus ciuitatis vel diocesis parisiensis.z sic de similibus idem est iudicium. nomina officiorum sunt sicut episcopatus.sacerdotium .et sic de aliis.Construe officium id ē dictio significans officium dat regimen simile quia cōstruitur cum genitiuo vt custodia rerum episcopatus babilonis et illud quod pertinet .i.dictio pertinēs ad officium regit casū similē vt custos rerū.rc.

Et rectore caret genitiuus sepe localis
Cum nullum motum designas:dum preeuntis
Sit numeri nomen:et prime siue secunde.

Rothomagi studeas: vel Rome deindeqꝫ moreris.
Militie tamen atqꝫ domi residebis humiqꝫ.

Hic determinat actor de absolutione genitiui et dicit ꝙ genitiuus proprii nominis aliquando ponitur sine regente suo et postea addit tria appellatiua scꝫ domus. humus: et militia. Cum nullum nomen. specificat suam regulam dicēs ꝙ oportet ꝙ verbum nō significet motum ꝛc. vnde exponenda est sic regula. quandocunqꝫ verbum significans in qete sequitur propriū nomen speciale castri vel ciuitatis vel ville vel minoris loci si sit prime vel secunde declinationis et numeri singularis et figure simplicis tale nomen ponitur absolute in genitiuo casu vt sum rome moror rothomagi. vnde bene dicit verbum significans in quiete q2 si significaret in motu regula non teneret. vnde male dicitur vado rome. secundo oportet ꝙ sit proprium: et per hoc remouentur appellatiua. male enī diceretur sum ecclesie. sum ville. Item dicit specialis ad remouendum propria nomina regionum quare male dicitur moror burgundie et hoc specificat cum dicit castri ꝛc. vnde notabiliter dicit proprium ad remouendum propria nomina virorum vel fluuiorū. male enim diceretur sum petri vel abdne. Item notanter dicit vel minoris loci q2 dato ꝙ nō esset proprium nomen castri vel ciuitatis si esset nomen propriū vici appropriati in villa vel alicubi sicut nomen appropriatū alicui platee vel vico huius regula bene teneret. Item notanter dicit si sit prime vel secunde declinationis q2 si esset tertie declinationis non poneretur in genitiuo sed in ablatiuo vt moror cartagine moror vernone. etiam dicit notanter numeri singularis q2 si esset pluralis non poneretur in genitiuo sed in ablatiuo vt sum athenis. Item notanter dicit figure simplicis: q2 si esset figure cōposite poneret in ablo mediāte prepōe vt moror in mōtepesullano. et ē intelligēdū de noibus cōpositis ex integris: q2 si componeretur ex corruptis bene poneretur in genitiuo. similiter intelligitur in compositis si nomen proprium sequatur. q2 si nomen propriū precedat bene ponitur in genitiuo vt moror cilicastri.

Vespera pascali hoc poni more videtur.

Ponit absolutionem genitiui non secundum vsū cōmunem sed secundū vsū theologorum dicēs ꝙ vespere in illa antiphona positū que cantatur vespere autem sabbati videtur poni hoc more. i. absolute. sicut nomina predicta. Nota ꝙ sabbatum est equiuocum idem est ꝙ festum. idem est ꝙ septimana. et idem est ꝙ vltima dies septimane. vnde talis est sensus Maria venit vespere sabbati. i. prima hora diei sabbati. festi. s. dnīce diei qui dies dicitur festum que hora lucescit in prima sabbati. i. in prima die septimane q2 dies dominica dicitur esse prima dies septimane. Construe vespera. i. vespere que cātatur in antiphona pascali poni videtur hoc more. s. absolute sicut propria nomina. ꝛ ponitur ibi videtur topicum. s. videtur et est. iō. ꝛc.

Possessum debes sociare genusqꝫ datiuo.
Cum verbo: per quod substantia significatur

Hic determinat de regimine datiui. et dicit primo ꝙ nomen significans possessionem vel genus vt quod alterum dependet vel per modum dependētis alteri regit dictionem significantem per modum vt cui alterū dependet mediante verbo substantio vt capa est forti. Construe debes sociare possessum datiuo. i. dictōnem significantem possessionem qꝫ pro et genus. i. dictionem significantem genus cum verbo per quod substātia significatur. i. mediante verbo substantiuo.

Sicqꝫ relatiue voces hunc sepe gubernant.

Ponit secundam conditionem siue regulam datiui que fit ex vi relationis et dicit ꝙ dictio significans relationem regit datiuum significantem terminum illius relationis vt iste est pater filio duplum dimidio. similis simili. equalis equali. et eodem modo de similibus. et intelligit de relatiuis que regūt terminum extrinsecum sue dependētie siue

relationis propter quis et qualis ⁊c. q₂ exercent suam relationem cum suo antecedente. Construe voces relatiue.i.que important relationem gubernant sic sc₃ sicut significantes possessionem vel genus cum verbo substantiuo hunc sc₃ datiuum .et dicit sepe et nō semper primo.quia quedam relatiua sunt que nunꝙ cōstruūtur cum datiuo sed cū ablatiuo semper vt maius minore maius.cum accusatiuo vt paruum ad magnum paruum. secundo quia aliquando construuntur cum genitiuo:non cū datiuo semper. tertio quia non construuntur cum datiuo semper sed solum quando dependent ad alterum qd̄ ipsa determinant virtute sue relationis.vnde cum dicitur similis petro vel pater isti non est regimen ex vi relationis.sed dicendo pater filio vel similis simili. vel similiter dicendo ego feci similiter isti non fit ex vi relationis .sed dicendo ego feci similiter simili fit ex vi relationis.

His contrarietas sociatur proximitasq₃.
Isti dissimilis vicinus siue propinquus.

Hic addit vel ampliat dicens ꝙ dictō significans contrarietatem vel proximitatem per modum vt quod alteri dependet regit datiuum casum qui significat per modum vt cui dependet alterum ex vi relationis.et intelligendum est de talibus de quibus exemplificat nec valet poni exemplum hostis regi quia continetur sub quarta regula vt patebit. Isti dissimilis exemplum est de contrarietate.⁊ ponit iste datiuus isti pro suo relatiuo.vt dissimilis dissimili sed dicendo vicinus vicino et propinquus propinquo exemplum est d̄ proximitate.

In bilis aut in dus verbalia iungis eisdem.
Sit nobis Christus et amabilis:est et amandus.

Hic ponit tertiā reg.de regimīe dtī qd̄ fit ex vi actus cōuersi in habitū d.ꝙ noīa teriata in bilis et in dus regūt dtūm vt amabilis isti.amandus isti.

Damnum significans aut vtile iunge datiuo.
Hic patri gratus hostiq₃ grauis clare debet:
Patri si prosit:illud quod subtrahit hosti.
Istius regimen dabit acquisitio casus.

Hic determīat de regimine datiui quod fit ex vi acquisitionis.et dicit ꝙ dictō significās cōmodum vel incōmodum per modum dependentis vt quod alteri acquiritur construit cum datiuo significante per modum terminantis vt cui acquiritur illud alterū ex vi acquisitionis vel cōmodi vel incōmodi. Hic patri .ponit exemplū ut dicendo hic grat⁹ pr̄i fit ex vi cōmodi q₂ gratitndo est hic quoddam cōmodū.grauis hosti est de incōmodo profuit illi exemplum est de vi acquisitionis cōmodi. Istius regimen. ponit notabile et pōt legi tripliciter.primo sicut dictum est de regimine datiui quod fit ex vi possessionis ex ui actus conuersi in habitum:ex vi relationis.modo aliquis posset dubitare vtrum aliqua nomina que non sint superius dicta sic possint construi cum datiuo. Magister romouet dubium et dicit ꝙ sic ex vi acquisitionis.secundo potest legi posset aliquis dubitare vtrū regimen predictum fieri possit ex vi acquisitionis. Istud dubium remouet et dicit ꝙ sic: largo modo accipiendo. tertio modo potest legi sic. dictum est superius ꝙ dictio significans cōmodum vel incōmodum construitur cum datiuo.aliquis posset dubitare ex qua vi habeat fieri tale regimen. Magister remouet illud dubium et dicit ꝙ fit ex vi acquisitionis.cū additur cōmodi vel incōmodi quare ⁊c.

Nobis est passus:qui nobis tartara fregit.
Nobis surrexit:qui nobis cuncta creauit.

Nunc deteriat de regimine dtī qd̄ fit per verba.et ponit quedā exēpla. prīo de verbo deponēti ut nobis est passus.secundo de verbo actiuo.vt fregit tartara nobis.tertio de vbo

absoluto vt nobis surrerit. quarto de verbo excepte actionis vt qui nobis cuncta creauit qꝛ vni soli pertinet .i. deo. et ideo dicitur excepte actionis qꝛ ista actio est excepta ab omi alio deo excepto et sic actoꝛ ibi ponit exempla quasi de omnibus verbis. vnde ponit aliquã regulã ibi .s. ab istis exemplis. sed ab ista regula posset inferri talis regula. Uerbum significãs per modũ dependentis alteri cõstruitur cũ dtõ: qui significat per modũ vt cui alterũ acquiritur ex vi acquisitionis. et hoc iuxta illud qd̃ d. prisc. qui d. ꝙfere omne verbũ potest construi cũ dtõ quare ⁊c.

Uerbo sepe duos dabis acquirendo datiuos.
Hec michi sunt lucro: vobis sunt cetera damno.

Nunc determiat de regimie datiui quod fit per duos datiuos. et d. ꝙ verbũ potest regere duos datiuos ex vi acquisitionis. et ponit exemplũ hec michi. ⁊c.

Acquisita notes: quibus acquisita videto.

Ponit notabile et d. tu debes notare modũ significãdi rei acquisite et mõs significandi rei acqrẽtis quibꝫ modis significãdi videto acquisita .s. ista regimĩa fieri ex vi acqsitõis.

Sepe resoluis in ab: huic visus: uisus ab illo.

Modo determinat de resolutione ipsius regiminis dicens ꝙ istud regimen resoluitur sepe in ablatiuũ cum ista pꝛepositione ab vt visus huic vel visus ab illo. Si obiiciatur qꝛ dicitur ibi ꝙ istud regimen resoluitur sepe in ablatiuum cum ista pꝛepositione ab vt visꝰ huic vel visus ab illo contra. qꝛ si dicatur istud datur michi male resolueretur in ablatiuum dicendo istud datur a me. Dicendũ est ꝙ ista resolutio tenet in verbis passiuis et eoꝛum participiis. tamen sciendum ꝙ ista verba passiua descendẽtia a verbis actiuis: q̃ verba actiua de se et de sua natura construuntur cum datiuo: in talibus verbis passiuis ista resolutio non tenet sicut obiicitur. Alia sunt verba passiua descendẽtia a verbis actiuis que verba actiua de sua natura non habent cõstrui cum ipso datiuo sed ipsa passiua ipsam constructionem habent de se et non ab actiuo vt videoꝛ construitur de se: non per suum actiuũ qꝛ male diceretur video tibi sed dicitur video te. et in talibꝫ verbis passiuis ista resolutio bene tenet vt patet in exẽplo visus huic vel visus ab illo.

His pꝛeceptiua quartis vel potes dare verba
Junges: que fari signant aut significare.
Hec tibi clarifico signo vel denoto scribo
Erudio iubeo doceo simul instruo disco
Ac introduco debes coniungere quarto.
Dum tamen acquiris: decet hec sociare datiuis.

Hic determinat de regimine datiui quod fit per verba secundum ꝙ verbum regit accusatiuum et datiuũ et dicit ꝙ verba que significant pꝛeceptum vt iubeo pꝛecipio et que significant fari vt instruo erudio doceo introduco. verba significantia notificare vt notifico scribo repꝛesento construuntur cum datiuo et accusatiuo vt notifico tibi hanc rem: et sic de aliis. Dum tñ acquiris. modo ponit notabile dicens ꝙ ista verba cõstruuntur cũ datiuo ex vi acquisitionis quando significant per modũ vt quod alteri acquiritur. et etiã construuntur cum accusatiuo ex vi transitionis quando significant per modum trãseuntis in alterũ vt in terminũ in quem ⁊c.

Obuius atqꝫ viam vio vel simul heu quoqꝫ iungam.
Contigit accidit euenit et placet adde datiuis.
Et libet atqꝫ licet liquet et uacat additur istis.
Seruio iungatur obedio supplico parco.

Hic deteriat de regimie dti cū partibus minus principalibus et d. ꝙ obuius nomē obuiam quod est aduerbiū. obuio quod est verbū. et heu quod est interiectio cōstruuntur cum dtō vt obuius ei. Contigit. hic determiat de regimie datiui cū quibusdā verbis impersonalibus. d. ꝙ contigit accidit. ꝛc. que sequuntur in alio versu cōstruuntur cū dtō vt contigit michi et sic de aliis. vacat michi. vnde quando vacat construitur cū dtō idē est ꝙ intēdere vt vacat orationi. et quando cōstruitur cū ablo vt dicendo vacat ratione idem est ꝙ carere rationē. ꝛc.

Accusatiui regimen subiungitur istis
Sepe quod est partis: toti datur et regit illam:
Est ibi sinodoche: quando faciem nigra: dentes
Albet: nuda pedem: mulier redimita capillos.

Hic determiat de regimine acti et dicit ꝙ regimen accusatiui subiungitur istis regiminibus supradictis. Sepe quod est. prosequitur et d. ꝙ multotiens proprietas partis attribuitur toti. et tunc illa proprietas partis attributa toti regit illā partē positam in accusatiuo vt dicendo sortes est albus pedē q2 proprietas partis .s. albus que dicit proprietatem partis scz pedis qui pes est pars ipsius sortis attribuitur isti toti quod est sortes ꝛ iō illa proprietas albus regit istam partē .s. pedem positā in accusatiuo casu. Est ibi sinod. modo ponit exemplū. d. ꝙ in cōstructione tali est sinodoche quantū ad modū loquēdi vt mulier nigra faciē alba dentes et sic de aliis exemplis. Notandū ē ꝙ sinodoche hꝫ fieri multismodis quia aliqñ habet fieri per adiectiuū nōis vt dicendo albus pedē. aut p adiectiuū participii vt mulier redimita capillos. aliqñ fit per verbū et hoc dupliciter. aut per verbum absolutū vt doleo pedē. aut per passiuū descendēs ab actiuo qd verbū actiuum non cōstruitur cū duplici accusatiuo vt frangitur crux ibi ē sinodoche.

Multotiens verbum fert significata duorum:
Voce gerundiui solet vnum significari.

Determiat de regimie acti qd fit p verba et di. ꝙ multotiens verbū vnū hꝫ significata duorum verborū. Voce gerundiui. modo ponit notabile vel expositionē regule et legitur duobus modis. primo sic vnus istorū actōrum solet significari per vocē gerundiui. quantum ad regimen et sic male legitur q2 nunꝙ significatur per vocē gerundiui: quantum ad regimen. secundo legitur sic vnus illorum actōruꝫ solet significari vel vsualiter exponi per vocē gerundiui et sic bene. q2 scdm vsū solet exponi per gerundiū vt doceo te grāmaticā .s. tradendo grāmaticam.

Accusatiuos hoc verbum dat tibi binos:
Dum manet actiuum: sed alter habetur eorum
Qui si iungatur passiuo: non variatur.

Modo ponit suam regulā principalē. d. ꝙ verbum regit duos actōs. Dū manet. ponit cōdictiones regule. d. dū tamen illud verbū sit actiuū ꝛ illud verbū si mutetur in verbū passiuū: actūs vltimus nō variatur imo cōstruitur cū isto verbo passiuo vt doceo te grāmaticam tu doceris a me grāmaticā.

Infinitiui natura modi sociatur.

Ponit incidens et d. ꝙ natura infinitiui modi associatur hoc est ꝙ infinitiuus de natura sua cōstruitur cū actō a parte ante.

Impersonalis tamen hinc modus excipiatur.
Hinc datur exemplum triplex tibi: dico magistrum.
Discipulos mores placidos de iure docere.
Infinitiui natura regit preeuntem

Doctrinam capiens regitur vi transitionis.

¶ Ponit exceptionē d. ꝙ infinitiuus verbi impersonalis excipitur q2 nō cōstruitur cū accusatiuo a parte ante. imo cū ablo̅ vt dicendo volo a me legi lectionē. ¶ Hinc datur. ponit exemplū vt dico magistrū docere discipulos mores placidos. ꝛc. Infinitiui. d. ꝙ infinitiuꝰ regit primū actūm ex natura sui. s. magistrū. Doctrinā. d. ꝙ infinitiuus regit secundum actūm ex vi transitionis. s. discipulos.

Hocq3 gerundiuum tradendo dic ibi clausum:
Cuius vi regitur casus: qui non variatur
Dum per passiui vocem volo dicta resolui.
Aut illic positi regit hunc vis propria verbi.

¶ Ponit per quam vim regitur vltimus actūs et d. ꝙ gerundiū tradendo includitur ex cuius vi regitur vltimus actūs. sc3 placidos mores. sed hoc est falsū. q2 aut esset equoce aut vniuoce non vniuoce: q2 doceo et tradendo habent diuersa significata. et diuersa significata non possunt per vnam vocē vniuoce significari iō ꝛc. nec equoce q2 ista vox docere non ponitur pro tradendo. et de tali equiuocatione nullus actor facit mentionem ergo gerundiū nullo modo includitur. Item ponit actor opinionē verā et ppriā. d. ꝙ ille accusatiuus vltimus regitur ex vi nature ppriе verbi. sed illa natura vel vis verbi nō est aliđ nisi significare per modū vehementissimi transitus. Et nota ꝙ verba que vnicū regunt actūm non hn̄t vehementē transitū. dicit̄ autē vehemēs transitus. i. magnus. q2 fit transitus in terminū suscipientē actū seu materialē et in terminū specificātē: cape exemplū in balista que dicitur vehementis penetrationis quando duos postes potest vno impulsu et vno ictu penetrare. cuius verbi regitur casus qui casus non variatur dum dicta resolues per vocē passiui rō q̄ non variatur in passiuo est q2 ille casus sc3 actūs regitur ex natura verbi vt patet per actorē qđ autē naturale est alicui non remouetur ab illo p aliquod casuale sed variare de actiuo ad passiuū est actualis transitio q2 remanet in passio natura verbi iō regit actūm q̄ regebatur ex natura verbi. iō ꝛc.

Accusatiuus data per vim transitionis
(Si vox concordet) actiua frequenter habebis.
Verbo composito casum quandoq3 locabis
Quem dat componens vt vis exire penates.

¶ Hunc ampliat suā regulā dictū est ꝙ verba transitiua termīata in o cōstruuntur cū accusatiuis ex vi transitionis. posset aliquis dubitare vtrū essent aliqua verba que cōstruerētur cū actō nisi illa que terminantur in o. et iō ampliat et d. ꝙ sic quecunq3 verba que significant per modū transeuntis et que essent actiua si vox cōcordaret ei vt sequor ꝛc. verba sub quacunq3 voce sint cōstruūtur cū actō ex vi transitionis. Construe tu habebis verba que essent actiua si vox cōcordaret q2 quedā termināt ur in o tm̄ et non faciūt ex se passiuū vt bibo data. i. cōstructa per vim transitionis et etiā cōprehendūtur verba cōmunia inquantū important actū etiā deponentia et oīa verba actionē importantia. Verbo cōposito. ¶ Hic addit quedam respectu verboꝝ cōpositorū et d. ꝙ prepositio addita per cōpositionē tm̄ facit quantū addita suo casuali per appositionē. vn̄ tm̄ v3 inuado hostes quātum vado in hostes. et inde ponit exemplum.

Penitet et tedet/miseret/pudet/et piget ista
Accusatiuos sibi iungunt et genitiuos:
Natura primum: sed transitione secundum.

Superius deteriauit de regimīe actī cū verbis psonalibus hic determīat de regimīe accusatiui cū verbis impsonalibus: et prīo de regimīe actī cū verbis impsonalibus actiue

vocis et dicit ꝙ ista cõstruũtur cũ gtõ et actõ vt penitet me tui tedet me vicii et sic ď aliis
Nã primũ hic ostẽdit naturã talis regis et dicit ꝙ tale verbũ regit primũ.i.actũm natu
ra qꝛ per modũ depẽdentis et receptibilis ut in quẽ et in rõne suppositi et ĩtransitiue sed
secumdũ.i.gtũm transitiue non transitie simplicit sed trãsitiue qui est per modũ depẽdẽ
tis ut ꝙ alterius est.

Accusansq₃ modo damnansq₃ locatur eodem.
Verbaq₃ sumpta foris. Christi bonus ardet amorem.

Dicit ꝙ verba significãcia accusatõe₃ ut accuso reprehendo arguo et verba significãcia
damnatõ₃ ut dãno construũt eodẽmõ.i.per eãdẽ naturã.verbaq₃.addit aliď.d.ꝙ verba
absoluta regunt accusatiuũ quando sunt sumpta foris.i.trãsũp tiua vt coridon ardebat
alexim.similiter bonus christianus ardet amorẽ christi et debet glosari verba sũpta fo/
ris.i.transumptiua sicut ardeo qď proprie significat cõburere et qꝛ res que ardet videtur
cupire vel ardenter appetere.ideo transũptiue potest accipi pro istis. Et si obiiciatur ꝙ
multa sunt transũptiua que non regunt accusatiuũ sicut hoc verbũ ridet transumptiue
ad florere quod similiter est verbũ absolutũ ergo ꝛc. Dicendũ est ꝙ sic intelligendũ ẽ ver
ba transũptiue sumpta pro verbis transitiuis regũt accusatiuũ sicut in exemplo actoris
ideo qꝛ rideo transumitur ad florere quod est similiter absolutũ ideo non v₃.

Que sine persona sunt atq₃ gerundia iungis:
Si tamen a verbo (quod transeat) illa creabis:
Matheum legitur psalmos erat ante legendum.

Hic determinat de regimĩe accusatiui cũ verbis impersonalibus passiue vocis: et ponit
regulã d.ꝙ verba impersonalia passiue vocis et gerundia regunt accusatiuũ et per gerũ
dia intellige supina et ponit conditiones regule d.ꝙ istud intelligitur si sint descenden/
tia a verbis transitiuis ꝛ aliter regula nõ teneret.deinde exemplificat vt legitur mathe
um exemplũ est quomodo verbũ impersonale regit accusatiuũ erat ante legendũ psal/
mos exemplum est de gerundiis.

Postulo posco peto doceo rogo flagito celo:
Exuo cum vestit monet induo calceo cingo:
Accusatiuos geminos hec verba requirunt.
Hunc dant passiua: quem verba volunt ibi clausa.
Seu quem vis verbi sibi postulat associari.
Qui verbi regitur ui: passiuis sociatur.

Hic remouet dubiũ qꝛ dictũ est superius ꝙ quedã sunt verba que habent duplicẽ modũ
signifcandi et que cõstruuntur cũ duplici accusatiuo ibi multotiens verbũ.posset aliquis
dubitare que essent illa verba que regunt geĩos accusatiuos remouet et d. ꝙ passiua isto
rum verborũ dant hunc.i.regunt casũ que verba clausa ibi volũt.i.regunt et hec est opĩo
falsa.et notanter dicit verba.i.gerundia simpliciter sunt verba sicut inferius videbim⁹
seu supple passiua dãt istũ casũ quẽ vis verbi.ꝛc.et hec est opinio vera. Notandũ ꝙ nõ so
lũ passiua a regentibus binos accusatiuos descendentia regũt actm̃ / imo sunt aliqua q̃
regunt accusatiuũ sinodochice vt latro sciditur aurẽ vritur frontẽ raditur barbã trũca
tur caput. Similiter quedã verba passiua in quibus sue passioni est permixta actio vt ca
pra pascitur hederã.i.pascendo rodit ego pascor alosam.i.pascendo comedo: ista tamen
verba possũt regere illũ accusatiuũ resolutũ in ablatiuũ.

Ornatus verbum spaciiq₃ moreq₃ gubernant.
Accusatiuos vocum: que talia signant.
Te vesti tunicam iam perges milia septem.

Sepe regente caret vite modus: idq; probato
Vir bone viue deum: sic viues secula cuncta

Hic addit quedã per modũ regule et ponit quattuor regulas. Prima est q dictio significans ornatũ regit accusatiuũ significantẽ rem qua ornatur vt vestio te tunicam regitur de ly vestio ex vi vehementis transitionis q2 verbũ significat ornatũ et tunicã significat rem q̃ ornatur. vnde hec est cõgrua vestio te tunicã. Spacii. alia regula est q verbũ significans motũ in termĩo regit accusatiuũ significantẽ certũ terminũ illius motus vt pgẽs milia septem. Moreq3. ponit aliã regulã d. q verbũ significãs morã in tpe regit accusatiuũ significantem certũ tps illius more vt viues secula cũcta. i. viues septem ãnos. Sepe. ponit aliã regulã d. q accusatiuus significans modũ viuendi caret rectore q2 tenet locum aduerbii et sic h3 tm̃ rõem deteriantis verbũ non terminantis seu recipientis actũ vt iste viuit deũ. i. diuine iudicialis. bachanalia viuũt. i. bachanaliter viuũt.

His obliuiscor iunges meminiq3 recordor.

Dicit q obliuiscor et alia que ponuntur in littera construuntur cum accusatiuo vt obliuiscor lectionem et sic de aliis.

His iunges iuuat atq3 decet delectat oportet.

Ponit actor doctrinã in istis verbis impsonalibus actiue vocis. d. q ista verba que continentur in littera construuntur cum accusatiuo intransitiue de sua natura: sicut dictu3 est de istis verbis penitet et tedet. 7c.

O q3 sibi quartum solet heu quoq3 iungere casum

Superius actor determinauit de regimĩe accusatiui secundũ q ordinatur cũ partib3 principalibus. hic deteriat secundũ q ordinatur cũ partibus minus principalibus. et dicit q iste interiectiones o et heu subdunt aliquando sibi accusatiuũ quasi. d. actũs potest aliquando ordinari cũ istis interiectionibus o et heu.

Adde per et similes per uicos itur ad urbes
Inq3 notans contra quarto solet esse locata.

Dicit q ista prepositio per et similes intellige similes in cõstructione ordinantur cũ accusatiuo et ponit exemplũ itur per vicos ad vrbes. et nota q omnes ille prepositiones q̃ numerantur per donatũ in illa parte Da prepositiones casus accusatiui. vsq3 ad illam partẽ Da prepões casus ablatiui dicuntur similes huic prepositioni per. Inq3. d. q ppõ ista in. quando ponitur pro contra ordinatur cũ actõ vt vado in hostes. i. cõtra hostes. Si obiiciatur ꝯ actorẽ q2 ista prepõ h3 multas alias naturas q2 aliquando cõstruitur cũ actõ et aliq̃n cũ ablo et tamen non significat cõtra vt vado in domũ et tamen actor nõ facit mentionẽ ergo est diminutus. Dicendũ q nõ est diminutus q2 illud qd̃ minus dicit hic corriget inferius in illa parte In subter vel tus. ideo non v3.

Huncq3 gerundiuis casum veteres posuere
Vt supponentem: quod multorum tenet usus.

Hic deteriat de regimĩe accusatiui a parte ante nec ponit sub affirmatione determĩate dicendo q sit de sua intentione nec etiã negando sed ponit dubitatiue. d. q multi antiq̃ dixerũt actũm reddere suppositũ gerundiuis et etiã vsus multoꝝ modernoꝝ t3: vt p3 in hoc exẽplo sillogisantem ponendũ est termĩos.

Sepe regente loci nomen caret: ut babilonem
Rusq3 domum vel militiam rex uadit humumq3.
Nomina que uillis sunt appropriata: locoue.
Qui minor est: seruant hanc normam: sunt et eisdem.
Rus et militia domus ac humus associanda.

Hic determiat de absolutione accusatiui et ponit suā regulā dicens quandocūqꝫ post verbum vel participiū significans motū ad aliquē locū sequitur propriū nomen special' loci sicut ville castri vel minoris loci sicut propriū nomen alicuius viri simplicis figure cuiuscunqꝫ declinationis sit vel numeri tale nomē ponatur in actō aduerbialiter ita ponit pe.he. Construe nomen loci.i.appropriatū caret sepe regente supple expresso vel proprio vt rex vadit babilonē ꝛc. exemplū est de proprio nomīe loci. Rusqꝫ domū. Innuit in positione exemplorū idē esse iudiciū de istis quattuor appellatiuis.s.rus.domus.militia et humus. Nomina que. specificat de quibusdā noībus loci.di.ꝙ que sunt appropriata villis.i.propria noīa villarū et ponitur villa tam pro oppido generaliter ꝙ pro vrbe ꝙ ciuitate talia inꝙ tenent hanc normā ꝛ d.propria noīa villaꝝ ad excludendū propria regionū noīa sicut francia que non tenent istam regulā vel supple noīa appropriata loco ꝗ est minor ꝙ villa sicut loci appropriati in villa vt gallandria et est propriū nomen cuiusdā loci parisius. Sunt et eisdem. hic repetit quattuor appellatiua de quibus est idē iudiciū et repetit ad remouendū dubiū q꞉ pris.ponendo exempla de propriis nominibus posuerat similiter exempla de istis et ideo ne aliquis crederet ea esse propria distincte et cōplete repetit.

Ablatiuorum regimen subiungitur istis.

Superius actor determiauit de regimine obliquorū primo inuentorū sicut de gtō dtō et actō. hic deteriat de regimīe ablatiui vltimo inuenti. vnde dicit priscianus romani eni scriptores artiū vltimo inuenerunt ablatiuū. et primo proponit d.ꝙ regimē ablatiui subiūgit istis tribꝫ regimībꝫ supradictis. Primo notandū ꝗꝛ non deteriat de regimīe vti sicut de regimīe aliorū casuū. Quidā dicunt ꝙ non facit mentionē eo ꝙ satis erat dictū in regimīe noīatiui de ipso q꞉ secundum vnā et eandē personā construūtur vt dicit pris. sed male dicunt q꞉ superius date sunt regule nti secundū ꝙ potest supponere vel apponere sed vtūs neutrū istorū potest facere ideo ꝛc. Propter quod dicendū est ꝙ vtūs non habet aliquā cōnexionē specialē nisi cū aduerbio vocandi/o/ vel imperatiuo ideo aliqui crediderūt ꝙ non regeretur quod falsū est q꞉ quodcūqꝫ dependet ad casualeꝫ tanꝙ ad dependens per se stans per modū significandi regit ipsum casualē ideo ꝛc. sed actor de regimīe vti non determinauit q꞉ non habet plres differentias regimis sicut alii casus: sed solū cū illis/ secundo notandū est quare.d. ablatiuorū in plurali numero qđ nō facit determinando de aliis. ratio huius est q꞉ vnus ponitur in designatione consequentie et alter est qui ponitur in designatione cause ad denotandū diuersitatē inter illos duos ablos.d.ablorū in pl'i lꝫ posuerit alios casus in singulari.

Tres notat esse gradus: qui comparat: inde notabit
Multimodum regimen: qui rem discernit aperte.
Ditior est auro sapiens Salomone sibyla
Per magis expone: regimenqꝫ videbis aperte:
Est auro diues regina magis Salomone.

Hic prosequitur et determiat de regimīe ablatiui et ponit reg. vnde sciendū est ꝙ quinqꝫ sunt constructiones ablatiui secundū pris. in maiori. prima est cū adiectiuis proprietatem ab eo significantibus. scđa ex vi designationis essentie. tertia ex vi designationis cōsequentie. quarta est cū noībus significantibus proprietatē. quinta cū nominibus cōparatiuis. sed actor iste non determiat recto ordine. et d. primo ꝙ ille qui facit comparationem notat esse tres gradus cōparationis.s. positiuū cōparatiuū et superlatiuū. deīde.d. actor ꝙ ille qui discernit rem apte.i. modos significandi illorū graduū poterit videre regimen ablatiui fieri multis modis. Ditior. hic prosequitur de regimīe ablatiui scđm ꝙ vnicus ablatiuus regitur sed non ponit regulā sed tm̄ exemplū regule q꞉ actor in multis locis nos remittit ad donatū de aliquibꝫ regulis quas donatus sufficiēter ponit: ꝛ poit

illā regulā.s.ꝙ comparatiuus regit ablatiuum vtriusqꝫ numeri sine prepositione. ideo
actor non ponit istā regulam sed eam suscipit a donato sed tantū ponit exempla et secū
dum hoc possūt dari due regule.quarū prima talis est:comparatiuus gradus descendēs
a positiuo potente regere ablatiuum de sua natura regit ablatiuū de natura positiui vt
diues auro ditior auro.et istam regulā ponit pris.in secundo minoris. Alterā autē regu
lam ponit Petrus dacus que talis est.comparatiuus regit ablatiuū significantē rem ex
cessam ex vi excessus siue ex natura comparatiui et ponit actor exempla istarum regula
rum vt sibila est ditior auro salomone.et d.actor ꝙ si illud regimen exponatur per ma/
gis tunc apparebit qualiter ablatiuus significans rem excessam regitur a cōparatiuo ꝛ
qualiter vnum comparatiuum regit ablatiuū rōne positiui a quo descēdit vt si dicatur
regina est diues auro magis petro.

Est ablatiuus demonstrans: quantus habetur
Excessus:regit hunc excessum dictio signans
Hoc lignum digitis excedit quattuor illud
Hoc lignum digitis est maius quattuor illo.

Hic ponit regulā secūdū cōparat.d.ꝙ regit duplicē abl'm. et si dicat̄ ꝙ idē facit pri⁹ diti
or est auro salomone. Dicendū ē ꝙ qn̄ dr̄ ꝙ hoc facit de cōparatiuo inquātū regit duos
ablatiuos sed dicendo ditior auro lꝫ ditior est comparatiui gradus et solū regit vnū in/
quantū cōparatiuus et inquantū descendit a tali positiuo ideo non vꝫ.d.ergo ꝙ cōpara
tiuus gradus cū hoc ꝙ regit ablatiuū significantem rem excessam similiter regit abl'm
dicentē quantitatē illius excessus vt istud est maius isto quattuor pedibus.pedibus regi
tur ex vi excessus quantitatis.et potest istud extendi ad omīa que important excessum si
cut cōparatiu⁹ vt istud lignū excedit quattuor cubitis sed principaliter dat̄ de cōparatio

Remqꝫ notans fieri regit id:quo res ea fiet:
Orator verbis vincit:vir bellicus armis.
Mobile mensuram designans addere debes:
Lignum sex pedibus longum:latumqꝫ duobus.

Ponit secundā regulam de regimīe ablatiui.d.ꝙ dictio importans proprietatē causatā
ab altero regit ablatiuū dicentem causā illius proprietatis ex vi cause. Sciendū ꝙ aliq
dicunt ꝙ ista regula datur de verbis tantū.cuius ratio est qꝛ actor dat solū exemplum de
verbis.secundo qꝛ actor ponit fieri in littera sed nomen non significat fieri iō nō datur
de nomine sed de verbo qd̄ significat fieri. Dicendū est tamen ꝙ ista regula datur tam
de noībus vt piger gradu ꝙ̄ de verbis vt vincit mīmis et propter hoc debet glosari dictō
notans rem in fieri.vel in facto esse cū fieri etiā qꝛ fio neutrūpassiuū sic importat passio
nem et presens est cuius pars preterit parsqꝫ futura est in fieri talis inꝙ̄ dictio regit illd̄
in ablatiuo quo mediante ea res fit. Et nota ꝙ inter quiqꝫ cōstructiōes quas ponit pris.
primo ponit istā que generalior est omnibus cōstructionibus aliis. propter hoc non indi
gne posuit.sed actor iste cōsiderauit ꝙ cōstructio cōparatiui cū ablatiuo magis conuenit
cū noīe ꝙ̄ cū aliis.ideo qꝛ proponit deteriare de regimīe qd̄ fit per noīa deinde per vba.
ideo actor non in merito preponit isti illā lꝫ ista sit generalior. Mobile.hic specificat
suam regulā et.d.ꝙ mobile significans mensurā.i.aliquā quantitatē qꝛ secundū philoso
phū quantitates sūt due ī mēsurando tale adiectiuum regit abl'm dicentē talē causā illi
us proprietatis ex vi cause vt lignū longū sex pedibus.sed quātitas sex pedū videtur esse
quodā mō cā longitudinis ligni.eodē modo latū sex pedibus vel duobus : quātitas que
est duoꝝ pedū dr̄ esse cā latitudinis formalis ideo regitur ex vi cause.

Verbum materiam:causam:spacium pretiumqꝫ:
Aut tempus signans ablatiuos regit horum.

Que predicta notant: vt frenum fabricat ere:
Jsta pudore tacet: stadiis sex distat ab vrbe:
Nocte morans tota: panem nummis tribus emi

Hic addit vel specificat sētētiā ponēdo quedā regulā cū verbis que est quinmēbris. pria est ꝙ verbū significās operacionem circa materiam regit ablatiuum dicentem materiā ex vi cause materialis vt faber fabricat ere frenum. secūda regula verbū significās actōez vel passiōez circa causam efficientē regit ablatiuum dicentē causaz efficientē vt mulier tacet pudore iste percucitur gladio. tercia regula ponitur per hoc quod est preciū q talis ē ꝙ verbū pertinēs ad rem apreciatā regit ablatiuum dicentē certum preciuz illius rei ex vi cause efficiētis vt conduxi domū tribus solidis. quarta ponitur per spaciū que talis ē verbū significās spatiuz regit ablatiuum dicētē certū spatiū ex vi cāe formalis vt distat a roma quindecin miliaribus. quinta regula ponit̄ per hoc ꝙ est tpūs que est talis verbū significās moram in tempore regit ablatiuum dicentē certum tpūs vel certam quanti/tatem illius more ex vi cause vt moror tota nocte.

Nomen eis adiunge modum: quod signat agendi.
Accentu plura proferre solemus acuto.

Ponit tertiam regulam. d. ꝙ verbū significās actōez vel passōez regit ablatiuum dicētē modum illius passiōis vel actiōis vt canto alta voce diligo bono amore.

Sepe potestatis nomen subiungitur istis.
A rex hierusalem domini dono b salutem.

Dicit ꝙ nomen significaus potestatē vel dignitatē regit ablatiuum dicētē causam effi/ciētē illi⁹ dignitatis vt a. i. albert⁹ rex hierusalē dono dñi B. i. Bernardo salutē. d. suple.

Ornatum subdis: indutus vestibus albis.

Ponit vltimam regulam. d. dictio īportans ornatum siue sit participiū siue verbū siue nomē adiectiuum talis dictio regit ablatiuum significantē rem qua ornatur ex vi cause efficientis vt in duo te tūica vnde sciendū ꝙ verba significant alñ per modū dependētis ad terminū vt cui acquiritur aliquid ideo vt sic construuntur cū dtō vt induo tibi tunicā et hoc d. actor dū tñ acquiris. Jtem ista verba significāt per modū dependentis ab altero tanꝙ a causa efficiente iō construūtur cū abltō iō ꝛc.

Sinodochen iungas: vt vultu virgo decora

Hic ponit reg. d. ꝙ nomen significans proprietatē ptis regit ablatiuū dicentē illā par/tem in qua est illa proprietas ex vi cause formalis vt mulier vultu decora. ly vultu regit de ly decora ex vi cāe formalis q: decora est cā quare vultus habet sic esse. Construe tu iū/gas cū regimibus supradictis sinodochē locutionis nō q: fiat tale regimen ex vi sinodo/ches: sed ex vi cause iō notanter d. iungas.

Toti da partem. subiecto proprietatem:
Sed laudem iunge vel vituperamen vtrinqꝫ.
Vir manibus validis vel virgo crinibus albis:
Vir forti dextra formaqꝫ decente puella:
Dextra vir: fragili vel forma femina turpi.

Superius determiauit actor de scd̄a reg. de regimie abltī qđ fit ex vi cause. hic ponit re/gulā de regimīe abltī qđ fit ex vi demōstrationis essentie. et d. ꝙ dictio significās totum regit ablatiuū significantē partē ex vi demonstratiōis essentie. Deinde ponit cōditiōez regule d. ꝙ hoc attenditur quando hinc addicimur laus vel vituperiū indifferēs vel acci/dens ad vtrūqꝫ vt vir forti dextra. vir fragili dextra.

Mobile vel verbum designans proprietatem
Sextis construitur: per quos ea significatur.
Aut instrumenti: vel cause nomina iunge:
Cursu festinus fulget virtute modestus:
Est velox pedibus blando sermone facetus:
Viribus inuictus: properat pede voce begnignus.

Hic addit quasdã regulas que nõ spectant ad predictã reg. sed ad declarationẽ illius regule Remqȝ notans. prima regula est ꝙ nomen vel verbũ significans proprietatẽ regit ablatiuũ significatẽ vt a quo est illa proprietas ex vi cause vt virtute vincis inuictus viribus benignus voce. secunda regula est. dictio siue sit nomen siue verbũ significãs proprietatẽ regit ablatiuũ significantẽ instrumentũ a quo est illa proprietas ex vi cause vt velox pedibus. tertia regula est. dictio significans aliquam proprietatẽ regit ablatiuũ dicẽtem causã illius proprietatis vt sermone facetus fulget virtute. Construe mobile vel verbũ designans proprietatẽ cõstruitur cũ sextis per quos sextos illa proprietas designatur et tamen iũge noĩa instrumẽta. i. dependentia ab altero vt ab instrumento vel cause: id est noĩa significantia per modũ dependẽtis ab altero vt a cã.

Remqȝ carere notans ablatiuum regit eius:
Vt pena careat homo purus crimine viuat.

Hic ponit quartã reg. principalẽ que fit ex vi carentie vel vacuitatis. d. dictio significãs siue nomen siue verbũ alicuius carentiã vel vacuitatẽ regit ablatiuũ dicentẽ rem a qua est illa carentia vel vacuitas vt purus crimine exemplũ est ð noĩe. careat pena exemplũ est de verbo.

Inter et est iuncta tibi dant pronomina quina
Intererit nostra vestraqȝ meaqȝ tuaqȝ:
Atqȝ sua: normamqȝ refert seruabit eandem.

Hic determĩat de regimĩe ablı̃ cũ verbis et d. ꝙ interest et refert construuntur cũ abltõ quinqȝ pronoĩm vt interest mea. et sic de aliis. et. d. pris. ꝙ causa huius est coĩcidentia remouenda inter terĩm scd̃m ꝙ est gtũs primitiui et scd̃m ꝙ est gtũs possessiui. Alia causa est qꝛ antiqui volebant aliquando ponere superflue vel loqui et dicebãt inter est re mea vel vtilitate. alii voluerũt remouere istã superfluitatẽ et dicebant inter est mea ita ꝙ ibi erat eclipsis. id est defectus prepositionis subsı̃ cũ hoc quod est mea et ita eclipsis magis est in vsu ꝙ̃ propria cõstructio ideo dicitur interest mea. Ex hoc apparet ꝙ bene dr̃ et competenter inter est mis et tunc nulla est coĩcidentia sed vsus non cõsueuit ideo ⁊c.

Plenus inops casum dant sextum siue secundum:
Vini vel vino duo dolia plena videto:
Pauper egenus inops vino vel panis egebit.

Hic remouet dubiũ quoddã ab illa pte. Remqȝ carere notans. qꝛ dictũ est in illa regula ꝙ dictio significans carentiam regit ablatiuũ et non facta fuit mentio ð gtõ: iõ aliquis dubitaret vtrũ talia possint cõstrui cũ gtõ casu ista duo. Remouet simul ponens istã reg. siue sit nomen siue verbũ significans carentiã vel vacuitatẽ siue plenitudinẽ regit gtũȝ et abltũm significantẽ rẽ a qua ẽ illa plenitudo vel illa carentia ex vi cause largo modo vel ex vi plenitudinis vel vacuitatis vel ex vi actus cõuersi in habitũ vt paup opũ vel opibus. diues auri vel auro: similiter egenus. similiter cõsto. tas. reducitur ad istã cõstructionem qꝛ regit gtũm et ablatiuum. vnde versus. Quanti vel quanto res constet querere debes Tanti vel tanto valet illud dicere debes.

Dignus cum potior fungor vescor fruor vtor:

Et careo iungo casu tantummodo sexto.
Remouet dubiū quod incidit ex dubio īmediate dicto. qz dictū est ꝙ noīa significantia plenitudinē vel vacuitatē regunt gtūm vel ablatiuū. ideo posset aliquis dubitare vtruz verba que significant plenitudinē vel vacuitatē cōstruerētur cū gtō vel abltō. istud dubium remouet. d. quēꝙ ista verba importent plenitudinē vel vacuitatē solum construunt cum ablatiuo. ꝛc.

Hos casus de pre coram socieqz gubernant.
Cum superest prode sexto decet hanc sociare.
Dicit ꝙ iste prepositiones de et pre et cōsimiles quas enumerat donatus gubernāt hūc casū. s. abltūm vt de pane et sic de aliis. Cū sup est pro de. i. cū illa prepositio sup accipit pro de cōstruit cū abltō ut super hectore.

Iste datur casus passiuis a vel ab preeunte:
Cernitur hic a me: quandoqz videbor ab illo.
Vel si susceptum quod signet siue recessum.
Sic a te disco libros: a teqz recedo.
Dicit ꝙ verba passiua congrue construuntur cū ablatiuo cū prepositione a vel ab. Vel si susceptū. addit alia verba. d. ꝙ significantia susceptionē vel recessū cōstruuntur cū ablatiuo mediante prepositione vt disco a te recedo a te.

Sunt ablatiui plures rectore soluti:
Discere discipuli debent doctore legente.
Hic determīat de absolutione ablatiui et dicit ꝙ plures ablatiui ponūtur absolute a rectore vt magistro legente pueri proficiunt. Construe ablatiui soluti rectore sunt plures q2 fit tam in proprio ꝙ in appellatio rectore secundū vsū non autē secundū artem q2 vnicus ablatiuus non potest poni absolute sed semper requirūtur plures.

Atqz loci nomen quandoqz regente carebit
Roma/militia/vel humo/vel rure/domoqz
Rex venit. Atqz means normam seruabit eandem:
Seruat idem verbum sine motu: dum societur
Nomen plurale: vel cui sit regula terue:
Qui modo rure canit vernone cantet vel athenis.
Superius determīauit actor de absolutione ablatiui in nominibus appellatiuis. hic determinat in nominibus propriis et ponit tres regulas. prima tangitur per hoc ꝙ d. rex. uenit. secunda per hoc ꝙ dicit means. tertia per hoc ꝙ dicit seruat idem. Prima ē ꝙ quotienscunqz post verbū significans motū a quo ponitur nomen propriū loci cuiusqz declinationis figure simplicis ꝛ cuiuscūqz numeri sit tale nomen ponitur in ablatiuo absolute tenetur: vt venio roma vel athenis. et d. actor ꝙ debent addi quattuor appellatiua scz domus. humus. rus. et militia. vnde secundum vsū debemus dicere venio rure. Alia rl'a est quotienscūqz post verbum significans motū per quē sequitur propriū nomen loci ꝛc. si sit figure simplicis cuiuscunqz sit declinationis vel numeri tale nomen debet poni in ablatino absolute vt transit rex roma vel athenis. de quattuor appellatiuis idē est iudiciū. Tertia regula est quotienscunqz post verbū significans requiem sequitur proprium nomen loci ꝛc. si sit simplicis figure et tertie declinationis ponitur in ablatiuo absolute vt moror athenis. et sic de similibus.

Ad nomen positum sic sepe relatio fiet:
Vt vado romam: que menibus eminet altis.

Hic addit duo dubia: dicit ita dictum est ꝙ propria nomina talia ponuntur absolute et secundum quosdam aduerbialiter. posset aliquis dubitare q2 ad aduerbium nō fit relatio vtrum ad nomina sic posita possit fieri relatio. hoc dubium remouet. d. ꝙ ad nomen sic positum sepe fit relatio vt vado romam que menibus eminet altis. ratio uisa est superius q2 talia sunt simpliciter nomina et q2 ad nomen potest fieri relatio ideo ad ipsa cū sint nomina bene potest fieri relatio.

Queris: si possit adiectiuum sociari:
Vt debet doctas bonus ire scolaris athenas.

Addit aliud per modum questionis vtrum nomini sic posito possit addi adiectiuum vt vado romam pulcram et potest legi dupliciter. primo ꝙ legatur totum interrogatiue ꝑ modum questionis et hoc modo non soluit questionem. alio modo potest legi ita ꝙ primus versus legatur interrogatiue et per modum questionis et secundus per modum solutionis. Hic videtur actorem velle dicere ꝙ ad nomen positum sic possit addi adiectiuum cuius ratio est quia omne illud quod ad alterum comparatur sub aliquo accidente determinato habet constructionem cum eo sed dicendo vado romam hec dictio romam discernit. s. genus. nmerum. declinationem et casum. qđ non faciunt aduerbia ergo romam simpliciter est nomen cum ergo non possit esse aduerbinm et tale sit nomē simpliciter ipsi poterit addi adiectiuum et hoc patet in multis auctoribus vt doctas eat inquit athenas. similiter hoc inuenitur iu multis locis.

Per quo qua vel vbi fit questio sine per vnde:
Illuc pergo foras huc istuc pergis eoq3:
His intro iunges: hac illac pone meando.
Hic illic istic intus foris es et vbiq3.
Hinc illinc istinc remeas foris intus et inde.

Hic ponit quoddam incidens quod non est de principali intentione. s. determinare de aduerbiis interrogatiuis sed quia ad ista interrogatiua quo. qua. vbi; et vnde aliquādo respondentur nomina sic posita absolute secundum vsum. ideo ex incidenti de ipsis determinat. vnde ad ista interrogatiua possunt responderi nomina propria vel appellatiua. si appellatiua respondendum est mediante prepositione vt cum dicitur quo vadis ad ecclesiam ꝛc. si per aduerbia sic docet auctor illa que debent responderi ad quodlibet interrogatiuum vt ad quo respondetur illuc. ꝛc. vnde si diceretur quo vadis et responderet illac: male responderetur. sed bene responderetur ego sum foris et ego venio foris q2 foris habet vtrunq3 significandi modum per quem potest conuenienter cum vtroq3 construi. ideo et cetera.

De participiis:

Participans quod in ans vel in ens fit dicito presens:
Tus vel sus dat preteritum: rus dusq3 futurum.

Superius actor determinauit de regimine nominum et verborum principaliter: hic determinat de regimine participiorum. Construe dictio participans. i. pticipiū quod fit. i. terminatur in ans vel in ens est presens. i. presentis temporis. preteritum dat tus vel sus. futurum dus vel rus. Sed obiicitur q2 priscianus ponit septem teīatiões preteriti in tus vt amatus. in ctus vt lectus. in ptus vt raptus. i stus vt questns. in sus vt visus. in psus vt lapsus. in xus vt nixus. sed actor non ponit nisi duas in tus et in sus: io ꝛc. Dicendum est ꝙ actor non est insufficiens sed ponit duas sub quibus possunt omnes alie cōprehēdi q2 illa que teriantur in ptus ꝛc. cōprehendūtur ab actore sub hoc qđ ē tus sed teriata in xus et in psus ꝛc. cōprehēdūtur sub hoc qđ est sus. vnde d3 glosari preteritū

dat tus et sus secundum sonum et non secundum litteram qr in sus in psus z in xns per x idem est per equipollentiam quia equipollet duobus ideo zc. sed secundum priscianuz in maiori volumine capitulo de orthographia. x. equipollet g. et s. vt rex regis et isto mo non est capiendu etiam equipollet. c. et s. vt dux ducis et scribebant antiquitus per x. io ad equipollentia comprehenduntur sub s. ideo non vz cu sit actor breuiloquus.

Quere per actiua presens in rusqz futura:
Que dedit actiuum: dabit hec eadem tibi neutrum.
Sunt per passiua tibi cetera significanda.

gemitus. vterūqz et pathera simul: ciphus sacrificii. vnde Uirgilius. Et patheras libate

ioui &c. pantheramqꝫ morans aial varii coloris. et dicitur ab an quod est totū et terō qd̄ est variū: Theodolus Pellis panthere cui corpus terit vtrūqꝫ morans. i. produceus. crateram crater crateris cratera. versus. In cratere meo thetis est coniūcta lieo. Est dea iūcta deo sed dea maior eo. Nil valet hic vel ea nisi sint ambo pharisea. iungis iberumqꝫ: Lucanus. Que prestat terris aufer tibi nomen yberus. Fluuiꝰ est yspanie. Corripis obliquos vt vber vberis. varia mulierū. vnde. Um neutrū facies mulierum nomina signes. Cumqꝫ rium sequitur vlu vario reperitur vt ministeriū desideriū. ouidius. Cōdita si nō sunt veneris ministeria citis. Et in sacramento Turba prophetarū ventura nūcia christi. misteriū crucis. et ibi. misterio magno concluditur agnus in agno.

E super s breuis: excipitur diuina mathesis
Ad placitum frenesis pones: dicesqꝫ poesis
T subeunte datur e longa: sed excipis hec que
Tertia declinat: iungetur eis ametistus.
Obliquos breuies: agnetis demere debes
Longis vtere locuplete lebete quiete:
Et magnete simul: temetum breuiare solemus
E super u rara fiet: tamen hec tibi longa.

Ut lachesis heresis. excipitur diuina mathesis. vnde versus. Scire facit mathesis sed diuinare mathesis. Datqꝫ mathematicos cōburi theologia. ad placitum frenesis morbus est in capite. Iuuenalis. Cum sit manifesta frenesis magalesia longas. excipitur poesis. T subeunte datur e longa. vt boletus, spinetū. Sed excipis hec que tertia declinat vt teges tegetis seges segetis. ouidius: Primis segetes moriūtur in herbis. teres teretis prepes prepetis. et iunges eis ametistus. lapis per quē naute ventū cognoscunt vel lapis qui remouet ebrietatē. Obliquos breuies vt arietis magnetis: est lapis vel populus. agnetis demere debes. versus. Ut ferrū magnes sic ad se me trahit agnes. Longis adiunge locuplete. locuples est homo diues. et dicitur quasi loculis plenus. i. forulis. vnd. Dicta qꝫ preceteris semper bona sunt locupletis. lebete. lebes est cacabꝰ coquinalis. quiete. vñ. Qui loquitur de te sit protinus absqꝫ quiete. Et magnete simul. temetum variare solemus vnde. Uina falerna merum temetum bromiusqꝫ lienus. E super u rara fiet tamē hec tibi longa. vt quieuit aboleuit.

Ante b fit breuis i: sed componentia signes.
Que dat quarta solent variari possibilisqꝫ.
I c sequente breuis: dematur apricus amicus:
Additur his vmbilicus formica pudicus:
Et cum lectica lorica mirica capcus:
Istis mendicus cum vesica sociamus:
Est vrtica simul: et que post format et ante.
In propriis icus producitur vt fredericus.
Longa fit icis ab ix: exemplum sit tibi felix.
Sed mas solus icis sicut calicis breuiabit
Iunges cum filice salicem: pernix dabit icis
A pernitor icis a perneco: sic variabis
Masticem produc: et fenicem: breuiando

Quod dedit ex: nisi lodicis: bombix dabit icis.
Additur et viber

Postq̃ actor superius deteriauit de correptione et productõe medie sill. be precedẽtibꝫ istis vocalibus a et e. nũc deteriat de correptione et productione medie sillabe preceden te ista vocali i. et ponit talẽ regulã. ante b fit breuis i in medijs sillabis vt lilibens ouidi. lilibeo cũcta premuntur. Sed componẽtia signes. q2 qñqꝫ corripiũtur vt prebibo. et qñqꝫ producũtur vt preibo. ouidius. Cõicubit os maculas. Que dat quarta solent variari. ut audibilis sensibilis. possibilisqꝫ. I c sequente breuis. vt angelicus. vnde in thobia. angelicus dotes occultat. clericus. vnde. Clerice quid faceres: si mecũ nocte iaceres. dematur id est excipiatur apricu .i. delectabilis Ouidius. hic dolor aprica pendẽtibꝫ arbore malis amicus. vnde cũ fueris felix: multos numerabis amicos. Tempora cũ fuerint nubila: solus eris. Additur his vmbilicus. in versu non potest stare producitur. li. bi. in tertio pede formica. vnde. constat in ortãdo. formica pigro laborãdo. pudicus. castus. vnde iste pudicus erat. Et cum lorica Alexã. Aperit lorica fenestras. ouidius. Dominã lectica tenebat. mirica significat genestã. Virgi. Non oẽs arbusta iuuant humilesqꝫ mirice. Caycus est fluuius. Istis mendicus. vnde. mendicus fuerat mendicandoqꝫ viuebat. vesica. oratius. sonat quantũ uesica pepedit. Est vrtica simul vnde Et vrtice proxima sepe rosa est. Et q̃ post format. vt posticus vel ante vt antica. oracius. postico falle clientẽ. In proprijs icus pducitur vt fredericus henricus. Longa fit icis ab. ix. exẽplũ dat tibi felix. felicis. victrix victricis. vnde victrices turbe victricia tela tulere. Sed mas solus icis. sicut calicis breuiabit. vnde fecundi calices quẽ nõ fecere disertum. Iũge cũ filice salicem. filix est herba virgilius: Nã cũ ista filix nulla mea crescit aratro. pernix dabit icis. vnde p pernice citũ p pernice dico nociuum. A pernitor: icis aperneco: sic variabis. Pernix p pernicioso corripitur et p veloci pducitur i genitiuo. masticem pduc: gũmi vel herba valẽs ad dentes corroborãdos et fenicẽ. q est nomẽ gẽtile vel auis. Ouidius. corpore de primo paruum fenica renasci. breuiãdo quod dedit ex. vt vertex verticis. pulex pulicis. iudex iudicis. pulex vnde. Ouidius. Parua pulex et amara lues inimica puellis. nisi lodicis. vnde. vltra mẽsuram lodicis non trahe suram. bombix est vermis egerens sericum.

Ante d corripis i sicut cupidus: sed abidus
Excipies: et que trissyllaba ponis in ides.
Hisquoqꝫ coronidem ueteres iungi voluere.
Producis ido sicut formido cupido.
Cum desiderijs addes considero longis
Pone duas primas dauidis: ceu metra poscunt:
Perfidus infidusqꝫ fides fidoqꝫ probabunt.
I super f raro ponis sed eam breuiabis.

Unde. in cupido furit ebrietas. sed abidus excipies. abidus est insula. ouidi. Utqꝫ regem de tal. scribã si quis abido venerit vt quero. et que trissillaba ponis in ides vt atrides. pelides. His quoqꝫ coronides fili⁹ phebi. et coronidis. Produces ido sicut formido cupido Cũ desiderijs addes cõsidero longis. ouidi. Deniqꝫ se sacra quod non desiderat ipse. et alibi. vt desiderijs effluit illa tuis. Pone duas primas dauidis. vnde Israel es tu rex dauidis et inclita ples. perfidus a fide. dr̃ quasi nõ tenens fidẽ et tenetur ibi p priuatiue. infidus ab in et fido quasi homo infidelis. I super f ponis raro sed eam breuiabis. vt põtifex psiphile. Persius. Dicite pontifices in sancto quid facit aurũ.

I dabo pre g breuem: sed que facis in ga vel in go
Demis vt auriga caligo: sed breuianda

Quedam composita tibi sunt calige socianda.
J super l breuies: solum tamen excipe neutrum:
Quod facies ile: que sunt a nomine iunge:
Sicut quintilis breuis est humilis parilisqꝫ
Dapsilis et pestilens et nubilus additur istis.
Exillis longum subtilis aprilis asilum.

Ut prodigus. sed que facis in ga vel in go demis. i. excipis in ga vt auriga. ouidi. Hic si tus est feton currus auriga paterni. in go vt caligo. ouidi. latas caligine terras. sed breui anda quedā cōposita tibi sunt vt erigo dirigo. subigo redigo. quedā. d. sed non oīa vt cō/ positiua a figo. vt crucifigo: vt crucifige reū. calige sociande. vnde. Si breuis est caliga: sit tibi longa liga. J super l breuies. vt labilis agilis. Solū tn̄ excipe neutrū cū facies ile vt cubile. monile sedile. que sūt a noīe iunge sicut quintilis sextilis aprilis breuis est hu/ milis. vnde. Asperius nichil est humilis dū surgit in altum. parilis equalis. ouidius. Et phalaris tauro violenti mēbra parili. dapsilis largus in apparatu ciboꝝ. vnde Sepe bi bes vel edes si dapsiliū subis edes. et pestilens. i. plenus peste. hic media producitur i ter tio pede et dr̄ a peste. nubilus. i. obscurus. ra. rum. vnde Tempora si fuerint nubila solus eris. Exilis longū ab ex et ile. ouidi. Exilē facio per mea vota viā. aprilis mensis. asiluz domus refugii. et dr̄ ab a qd̄ est sine et silos tractus quasi sine tractu. vnde versus. Tur bat asillus apes: miseris succurrit asilum.

J breuis est super m: tamen excipiatur opimus:
Cum quo sublimis/ sed compositiua notabis.
Zima puto longum/ tamen azimus est breuiandum.
Et deriuatum de quarta sit tibi longum.
J super n breuis est/ tamen hinc festino caminus
Excipias: propriaqꝫ simul iunges et erinys
Junges cuminum catinum siue salinum.
Et deriuatum: tibi sit pro teste quirinus.
Cedrinus iunges: predictis adde lupinum
Pina superqꝫ dabunt tibi longa propino supina.
Crastinus esto breuis simul heccine nundina iungis:
Protinus his acinumqꝫ perendino iungitur: et que
Ex oleo bysso clam formas seroqꝫ fago.
Et que iacintus bombixqꝫ dat ac ametistus.

Hic actor ponit talē regulā J super m breuis est in mediis sillabis vt optimus facimus tamen excipiatur opimus. i. fertilis cū quo sublimis. sed cōpositiua notabis: q: quedam corripiuntur vt exanimus. quedā producuntur vt illimis. ouidi. Fons erat illimis. sꝫ hic zima puto longū. i. fermentū. dixit supra Hoc de cōpositis teneas: sꝫ hic excipitur azim⁹ et ideo bene dixit Excipienda locis quibus est opus excipiemus. Et deriuatū de quarta sit tibi longū vt lenimen. J super n breuis ē vt dn̄s. asin⁹. tn̄ hinc festino caminus vbi fit ignis. vnde Petre quid est vnū liquor optimus ante caminū. propriaqꝫ simul: vt seueri/ nus martinus. marcellinus. erinis furia infernalis. et dicitur ab er quod est lis et natus quasi nata in lite. Junges cuminū: est semen aromaticum. Persius. mercibus hic italis mutat sub sole recenti. Rugosūqꝫ piper et pellentis grana cumini. Siue catinū. est vas. Persius. Rubrūqꝫ amplexa catinū. Siue salinū. Persius. Digito sorbere salinū: ē eni

Et deriuatum tibi sit pro teste quirinus.i.pater romuli. a quiri quod est hasta . cedrinus de cedrus.lupinus amarū genus legumīs. Juue.mihi malo lupini.Quā si me toto lau det vicinia pago.Pina est idem ꝙ fames.inde propinator:quasi ꝑcul pellēs famē. ꝑpi no.supina a super.qꝛ super actiuū et passiuū sūt.crastinus esto breuis vnde Crastina lux aderit.Simul heccine.alex.heccine terre deos. nūdina.hec dictio contra naturam corri pit vltimam cā metri.protinus.vnd e .Flos ꝑtinus aret.acinū granū racemi. vnde. Et dicas acinū quod in vua cernis acutū.perendino.i.morari per ꝑnā diē. ex oleo bisso: ole aginus bissinus.clam formas vt clandestinus.sero vt serotinus.fago vt faginus. et que iacintus:d.pris.ꝙ noīa in tinus deriuata si capiāt t corripiūtur vt a sero serotinus.tamē persius d.iacintina lana.et sic ponitur hic.versus. Jn tinus nomē sic tardat a genitore. Ti producatur sin autē corripiatur:bombix bōbicinus.ametistus lapis est.

Ante na longa fit i/vult pagina femina demi
Machina cum trutina preserpina lamina iunge:
Bucina cum mutina ceu sarcina fuscina pone:
Sic elemosina fit
Obliquos ex in produc:alios breuiabis.

Ut farina coquina.culina.Juue.sequitur sua queqꝫ culina.vult femīa.vnde. Feīa nulla bona est nisi virgo sola maria.Feīa sansonem si dauid si salomonē.Femia decepit quis modo tutus erit:pagina.vnde Pagina nostra refert Esopus Ne fortē societ fragilis vult pagina presens.machina est id omē qđ ingenio paratur ad bellū. Esopus. machīa tota perit.alex.Et hostiles impegit machina muros.cum trutina est lingua libre. ꝑser/pina est filia cereris.lamīa est frustrū auri aut alterius metalli.buccina est instrumentū quo datur signū in bello mutina est ciuitas.seu sarcina.vnde.sarcina dependet.et ē on⁹ fuscina iungis.et est instrumentū piscatoris.Sic elemosina fit.nota ꝙ elemosina dr̄ ab help quod est deus et moys aqua quasi aqua dei.vel ab help quod est deus et syna man datū quasi mandatū dei.vel ab helemō quod est misericors et syna mandatū quasi mā datū mīe.et sic scribitur per e et duobus primis modis per y.dicendo elymosina. vnđ be atus Berā. Elymosina est res sancta augens presētia:minuens peccata: iungēs cum angelis:separans a demonibus.et est murus quasi iexpugnabilis circa aīaꝫ.Obliquos ex in ꝑduc vt delphin delphinis.alios breuiabis vt fulmen fulminis.

Ante p fit breuis i:sic antipos est tibi testis
Obstipum retrahas et constipo sociabis
Q subeunte damus i longum sicut iniquus.
Cum siliquis reliquos:et compositiua notabis.
J super r breuies:tamen excipis inde butirum:
Sic delirus erit:saphirum iunge papiro
Appellans lapidem sed pro vitro breuiatur.
Est super s breuis i:paradisum non breuiabis:
Anchisen iunge:gauisus ei superadde.
Precedente para breuiatur lesio longa.
Est i pre t breuis:leuitas erit hinc tibi testis:
Que fiunt in ta proprio de nomine sumpta:
Siue loci propriaqꝫ simul producere debes:
Vt margarita leuita sic heremita.

Vt placet est pituita petrus dicit polimita.

Hic actor ponit talē regulā. I supra p i mediis sillabis corripitur vt antipos. et dr̄ ab an
quod est cōtra et pes pedis quasi hn̄s pedes cōtra nostros et sūt populi subterranei. vnde
alex. Itur ad antipodes ꝛc. Ostipū retrahas. Persius. ostipo capite. i. inclinato. Q sube
unte dabis i longū. Hic actor ponit talē regulā. I ante q in mediis sillabis ꝓducit: sicut
iniquus. alex. iniqua mēte gerebat cōceptū facinus. cū siliquis. siliqua est fructus qui col
ligitur ad esū porcoꝝ et genus legumis. vnde in thobia. Porcoꝝ siliquis pudor est ibia
re fauillis. et cōpositiua notabis. vt aliquis. I super r breues. Hic actor ponit talē regu
lā. I ante r. in mediis sillabis corripitur vt satira. Juue. Difficile ē satirā nō scribere. cū
tot vbiqz vatibus occurras periture parcē carte. tamē excipis inde butirū. et dr̄ a buto. ē
autē aial lacte abūdans. vel dr̄ a tyrus cuius prima corripitur quod est caseus vel cū vte
rus quasi tyrus bonus vel vterus. versus. Est aial buto lacte fluens: dic inde butirū. sic
delirus erit. et est demens. saphirū iunge pro lapide. papiro ꝑgamenū est factū de iunco
Lucanus. sic continet omnia nobis. conficitur bibula mēphitis cimba papiro. sed ꝑ vitro
breuiabis. vnde. Primas. Porticus est rome qua dū spaciando fero me. Res querendo
nouas inueni de saphiro vas. Est super s breuis i. vt paralisis. cithisus. Theodol⁹. vesp
oues cityso capras depellit ab vlmo. paradisū nō breuiabis. et interpretatur ortus deliti
arū. et est paradisus locus amenissimus sublimitate sua quasi globū lunarē attingens.
et est yperbole nō eni propter regionē ignis potest ibi statui locus habitabilis. vnde dici
tur ille locus gratissimus: hec paradisus. anchisen iūge. virgi. cōiugia anchiseveneris di
gnante superbo. gauisus ei superadde. precedēte para breuiatur lesio longa. vt paralisis
dissolutio mēbroꝝ. Est i pre t breuis. Hic actor ponit talē regulā. I ante t in mediis silla
bis corripitur vt leuitas. vnde Leuitatis crimie dānes. Que fiunt in ta proprio de noie
sūpta vt a leui leuita. Siue loci propria. vt ab heremo heremita. simul producere debes
vt magarita. vnde. O margarita sit pro nobis tua vita. leuita simul heremita. vt placet
est pituita. quandoqz suitur per superbiā. qz sicut galina patiens pituitā distorquet collū
ita superbus. oratius. Vestis pluriū colorū. vnde in genesi. Cura paterna ioseph talari
veste decorat. Que polimita fuit osculando pedi. Et dr̄ a polis quod est pluralitas ꝛ mi
tos gutta quasi pluribus guttis et coloribus tincta.

Que fiunt in tis aut in tes longa notabis.
Itus si detur a nomine longus habetur:
Et sic ex censu censitus dicere debes.
Seruus curtat itus: aduerbia sic breuiamus.
A verbis quarte venientia longa notate.
Tertia preteriens in ui dat itum breuiando.
Preteriens aliter itum producere debes.
Curtat itum pario vel disco parcoqz posco
Que gio dat vel bo: que prima dat acqz secunda:

Ut tersites. Juue. Malo pater tibi sit tersites: dū mō tu sis Eacide similis: vulcana qz
arma capescas. q̄ꝫ te tersite similē producat achilles. et nota auctoritatē. aut in tis. lōga
notabis vt simamitis aīa misera captiuata mortificās: aut mortificata. Itus si detur a
noie longus habetur. vt auitus ab auo. et sic ex cēsu censitus dicere debes. seruus curtat
itus vt seruitus. aduerbia vt penitus. funditus celitus. A verbo quarte venientia longa
notate. vt auditus munitus. Tertia preteriens in ui dat itū breuiādo vt strepui strepitū
Preteriēs aliter itū producere debes. aliter q̄ꝫ in ui. vt cupiui cupitū petiui petitū. curtat
itū pario paritū. posco poscitū: parco parcitū. disco discitū. Que gio dat vel bo vt fugio
fugitū bibo bibitū. pria vt sono as. sonitū. cubo. itū. de scd̄a vt moneo es. monitū ꝛc.

Cumqȝ supina dabunt i longam t subeunte:
Que formantur ab his:ito longum reputabis.
Agnitus esto breuis:societur cognitus illi.
Jtus producit quod deponens generauit.
Sed tuor abbreuiat ea:que de se tibi format.
Et producuntur lechitus et hermofroditus
Sic aconita locas coccitus ei societur.
Nominis obliquos(quod in is fiet)dabo longos.
Corripies alios vt miles militis ales.
J super u longa:niniue tamen est breuianda.

Ut dormitū. Que formantur ab his ito longū reputabis vt dormito. agnit⁹ esto breuis societur cognitus illi. Jtus producit quod deponēs generauit vt ab obliuiscor oblitus. Sed tueor abbreuiat ea que de se tibi format. vt intuitus obtuitus. et producūtur lecbit⁹ vas olei: et hermofroditus filius veneris et mercurii. et dicitur ab hermis quod est mercurius et affrodita quod est venus. i. filius veneris et mercurii. Uel herma apud grecos dicitur masculus. et affrodin feīa. inde oritur hermofroditus habēs vtrūqȝ sexū. D. B. Sic achonita locas: venena que finguntur ex spuma cerberi profecta fuisse. dicūtur aūt achonita quasi a cotibus nata. oui. in suo libro de trāsformatis. Lurida terribiles miscēt aconita nouerce. coccitus fluuius infernalis. et interpretatur luctus. Nois obliquos(qđ in is fiet)dabo longos vt quiris quiritis sannis tis. Corripies alios vt miles militis. sti pes stipitis. J super u longa. niniue tamen est breuiāda. est quedam ciuitas dicta a niuiuo belli filio, inter pretatur autē speciosa.

Est orobus testis: ꝙ o supra b breuiabis
Demitur ambobus october siue duobus.
Ante c curta fit o:tamen obliqui retrahantur.
Ante d corripis o velut exodus:hinc procul esto
Herodes:et ei custodes sunt sociandi.
O super f breuis est:sit sarcofagus tibi testis.
Est super g o breuis velut egloga:sed remouebis
Que g vocali preiungunt vt synagoga.
O super l fiet breuis:hoc soboles manifestat.
Excipias illud:quod fertur farmacopola
O breuis est super m:salomon sic esse probabit.
Que seruant neutrum genus excipe sicut amomum.

Hic actor determīat de correptione et productione medie sillabe mediante ista vocali o. Et ponit talem regulam. Est orobus testis ꝙ o supra b breuiabis vt Jacobus: orobus est legumen. demitur october octobris quasi octauus ab ymbre. i. a martio pluuioso. ambobus siue duobus. vnde. Deficio bobus ad rura colenda duobus. Ante c curta fit o. Hic actor poit talē regulam Ante c curta fit o in mediis sillabis. vt apocopa. colloco cas. alti locus. vnde. collocat in medio tunc res grauitate carentes. tamen obliqui retrahātur. vt ferox. cis. velox cis. Ante d corripis o vt exodus. liber de exitu filiorū israel de egipto. herodes et ei. vñ Herodes aūt rex. ꝛc. Et nota ꝙ tres fuerūt herodes. vers⁹. Ascolonita necat pueros ātipa iobēm Agripa iacobū claudēs i carcere petrū. custodes sūt sociādi. vñ. custori.

des aderāt: dāna publica ferūt O sup f breuis ē vt sarcophag⁹ nobilis loc⁹ sepulture. Est
o supra g breuis vt egloga est sermo caprinus. sed remouebis q̄ g vocali p̄iungūt vt sina
goga. vñ. Nostra sit ecclīa ast ebreorū sit sinagoga. pedagogus ductor puerorū. et dr̄ a pe
dos qđ est puer et gogos quod est ductor quasi ductor puerorū. O super l fiet breuis. vt so
boles. ouidi. Sobolēq3 priori dissimilē populo. excipi debet farmacopola. et est venditor
vnguentorū. et dicitur a farma quod est vnguentū. tñ est dicendū q̄ actor non facit ma/
gnam vim de dictionibus grecis nisi sint valde note. O super m breuis est vt salomō. vñ
Tres species vere salomō displicuere. dis. mendax. fatuusq3 senex. pauperq3 superbus.
Que seruant neutrū genus excipe sicut amomū. arbor est que nascitur in syria et arme/
nia. et dicitur sic q2 cynamomi odorē referat.

Longa fit o super n: sed sindonis excipiatur:
Sardonix atq3 diaconus: et turonis societur.
Calcedonis redonis et vasconis abbreuiabis.
Lingonis et britonis: ac obliquos propriorum
Que loca designant: predictis addere debes:
Cum proprium fit in on: tamen excipies calidonis:
Simonis armonicus: mammona breuiare solemus.
Canonis esto breuis cum demone: sidonis vt dis
P subeunte breuis datur o: caropos tibi testis.
Asopum retrahas europam siue piropum
Vt placet est canopus

Hic actor ponit talem regulā o ante n in mediis sillabis est longa. vt simeon onis. salo
mon onis. sed sindonis excipiatur et est pannus preciosus. sardonix cis. ē gēma. atq3 dia
conus et turonis sociatur. vnde in thobiade. Que tibi dat turonis vndocinensis arat.
Calcedonis est ciuitas. redonis est ciuitas britannie. lingonis est ciuitas. brito britonis ē
populus. Ac obliquos vt menon onis. Que loca designant vt lacedemon lacedemonis.
Tamen excipies calidon nis. ciuitas est in grecia. babilon est ciuitas. et dicitur a babel
quod est confusio. armonicus ca cum. i. dulcis concors. mammona est demon: qui preest
diuiciis et accipitur pro ipsa pecunia. Canonis esto breuis et est pars misse. et est statutū
legis. vel canon grece qđ ē regula latine. et inde canones et canonicus cū demone. vnde
Septemq3 maritos demonis ita premit. sidonis addis. ouidius. Sidonie comites quā
tum valuere secute. et alibi. Hos habuit comites operis sidoni⁹ hospes. et est sidon ciui/
tas phenicie. P preeunte breuem facit o. hic actor ponit talē regulā o ante p in mediis
sillabis corripitur vt caropos. est color quidam in vrina similis velleribus camelorū. aso
pū retrahas thebanus fluuius. siue piropus est lapis et dicitur a pir qđ est ignis et opos
visio q2 videtur igneus. ouidius. flamas imitante piropo. vt placet est canopus opidū ē
vel pars egipti. Theodolus. Et subduntur ei totius regna canopi.

O super r breuies: sephoram testem tibi sumes
Deriuata palam produc: patet ecce sonorus
Nominis obliquos (quod in or fit) iunge: sed arbor
Et memor et rhetor castor seu marmor et equor
Corripuere suos: sed longis adde pelorum
Et quedam propria sunt obliquis breuianda
Mas facit os oris: que dant us et ur breuiabis.
O super s longa: sic testificatur alosa.

T subeunte damus o longam sicut azotum.
Que componuntur discreta mente notentur.
O super u raro: sed compositiua notato.

Hic actor ponit talē regulā o ante r in mediis sillabis corripitur vt sephora. et erat vxor moysi. deriuatiua palā produc ecce sonorus. de sonus: Nois obliquos quod fit in or iunge vt decor decoris amor oris. Sed arbor. vnde Arbor inest siluis que scribitur octo figuris. Inde tribus dēptis vix vnā de mille videbis. Et memor. vnde. Semper hō memori mente tenere mori. Et rhetor. Juue. Cū fortuna volet fiet de cōsule rhetor et dr̄ a rhesis quod est ornatus. inde rhetorica: scia de ornatu. castor aial vel propriū nomen militis. vn̄ Questio soluatur cur castor ab hoste fugatur. Cur ablatiuos dētes ferit in gtōs. seu marmor et equor. vnde. Equora quot conche tot sūt in amore dolores. Corripuere suos obliquos. sed longis adde pelorū. ouidius. Dextra sed ausonio manus est subiecta peloro. Et quedā propria sūt obliquis breuianda. vt hector oris. mas facit os oris vt odos oris. honos oris. vnde. Bisduo sūt or et os casus facientia rectos. Arbor odorqꝫ labor his sociatur honor. Que dant ur vt iecur. et us vt corpus lepꝰ breuiabis. vnde. Rure fugo lepores. ꝛc. O super s longa vt formosus sic testificatur alosa. piscis. T subeunte dabis o longam vt azotu malus locus in terra phbilistinorū. vnde. Philippus inuentus est in azoto. Que cōponunt̄ discreta mente notētur qr qn̄qꝫ corripiūtur vt aptotū. quādoqꝫ producūtur vt ignotū. O super u raro vt ludouicus. Sed cōpositiua notato. qn̄ꝫ correpta vt inouat quādoqꝫ producta vt deuotns amoueo remoueo.

Ante b fit breuis u: sed demitur inde saluber.
Hoc protrahimus: quotiens a vel um subit aut us.
Cetera corripies: sed pollucem tibi demes:
Manduco iunges: fiducia non breuiabis
Ante d longa fit u: pecudis tamen hinc retrahatur
Pre g longa fit u: tamen hinc tibi coniuge dempta.
Sugo producis: sed sanguisugam breuiabis
O super l breuies: getulus adulor adempta.
Que declinabit tibi tertia longa manebunt.
Nomina: sed zabulon breuiatur hercule iuncto.
Hic sotular socia: specular breuiabit origo.
Obliquos breuies vt presulis et nebulonis.

Hic actor deteriat de correp. et pd̄. medie sillabe mediāte ista vocali u. Et ponit talē regulā: ante b fit breuis u vt coluber. vnde. Jdrus eo ꝙ aquis hitat: coluber colit vmbras. sed demitur inde saluber. vnde. Campester volucer. ꝛc. Uc protrahimus quotiens a vel um subit aut us. vt caducus ca. cū. curuca. lactuca eruca. Scire iocūditate non caret qualiter auis curuca gerat typū eorū: qui filios alienos educant arbitrātes eos esse proprios Cuculus enī eiꝰ oua sorbet: et sua reliquit in nido. fouet ꝛ educat curuca pullos ide natos qui postmodū suo īminent excicio. placuit porro super hoc metricū carmen cudere. Tu miserāda typū pandis curuca iobānis. Callidus altisono cuculo signatur adulter. Imperitū tn̄ vulgus proprietatū inscius his terminis abutitur. D. B. Cetera corripies. vt educo deduco. sed pollucē tibi demes. proprium nomen est viri. manduco iunges. vnd̄ Qui manducat meam carnē. ꝛc. fiducia cō societur qr producitur. Ante d longa datur u. vt testudo. sed pecudis retrahatur. vnde Dat pecus hec pecudis ꝛc. Pre g longa fit u vt erugo. tamen hinc tibi coniuge dēpta. vnde Coniugis n remouet. sugo producis sed san

rii.

guisugam breuiabis.sanguisuga dicitur de sanguis et sugo. U super l breuias vt sedul' insula.vnde. Insula multiphidi quā tibridis alueus ambit.getulus adulor adēpta. ouidius Getula murice notos. Que declinabit tibi tertia lōga notabis. vt torcular sotular sed zabulon breuiatur propriū nomen.hercule iuncto hercules propriū nomen est. his sotular socia.vnde Sotular dat hic et lar.specular breuiabit origo est fenestra vel locus altus.obliquos breuies vt presulis.et nebulonis.nebulo.i.lecator.

U dabimus longam super m tibi sicut alumen.
Incolumis contumax demis et autumo iungas.
U super n longa ponetur pro teste lacuna.
U supra p breuis est:sed compositiua notabis.
U super r longa:sed purpura ponitur extra.
Corripe verba quibus meditatio conuenit:et que
Sunt forme similis vt luxurio sociabis.
Mercurium signes et centurio lemuresqz
Obliquos breuies:tellurem demere debes.
U super s longa tibi sit pro teste cerusa.
Pre t longa fit u:tamen arbutus est breuianda.
Compositiua notes.

Hic actor ponit talē regulam U ante m in mediis sillabis producitur vt alumen tinctura est vel color.z dr̄ a lumie secundū papiam vel ab alo.is.Incolumis.vnde. Incolumis mente fuerat.contumax hic media producitur in tercio pede.autumo autumas autumaui.i.existimo.as existimaui. U super n longa ponetur .hic actor ponit talē regulam u añ n in mediis sillabis longatur.vt lacuna et est fossa que prouenit in facie ex risu.ouidius Parueqz vtrinqz lacune.vel est fossa quam agricole effodiunt vt ibi remaneat aqua Ante p fit breuis u.hic actor ponit talē regulā u ante p in mediis sillabis corripitur. vt nūcupo.sed cōpositiua nota.vt dirupi. U super r lōga.hic actor ponit talem regulā u super r in mediis sillabis producitur vt matura natura cesura.sed purpura ponitur extra.i.excipitur vestis vel color.vnde purissima purpura regum. Corripe verba quibus meditatio conuenit.vt parturio esurio:et que sunt forme similis.vt luxurio. vnde. luxuriare studet Mercuriūqz notes.deus est.et centurio.et est ille qui preest centum militibus.lemuresqz et sunt fantastice apparitiones que apparebāt romulo post mortem remi fratris sui quē interfecerat: Inde.quelibet fantastice apparitiones lemures dicuntur. Obliquos breuies vt auguris turturis.tellurem demere debes.vnd catho. Telluris si forte velis cognoscere cultus. U super s longa tibi sit pro teste cerusa.cerusa est genus coloris. Pre t fit u longa ut astutus.tamen arbutus est breuianda:vnde. Arbustū locus: arbutus arbor. arbuta fructus. Compositiua notes.vt cōputo disputo .imbutus.vñ oratius. Quo semel est imbuta recens seruabit odorē Testa diu.

Vocis fine dabis a longam:sed breuiabis
Rectum cum quarto casu quintum sociando.
Hinc tamen excipias:cum rectus in as tibi fiet.
Inde vocatiuum velut andrea dabo longum.
In numeris ginta sunt ad placitum tibi danda.
Postea non breuia:nisi fiat dictio bina.
Vt puta corripies:ita vel quia iungere debes.

Productum greci rectum quandoqꝫ locaui.

Postq̄ actor determinauit de productione et correptione tā prime sillabe q̄ medie. nūc determinat de productione et correptione vltime sillabe per omnes vocales. Et primo de ista vocali a. Et diuiditur in duas partes. primo determinat de productione et corre/ptione per omnes vocales. secundo per consonantes. secunda ibi C longam ponis. pria diuiditur in quinqꝫ partes. primo determinat de correptione et productione dictionum terminatarum in a. secundo in e. tertio in i. quarto in o. et quinto in u. prima pars est ibi Uocis fine dabis a longam. secunda ibi E correpta datur. tercia ibi J dabit longa. quarta ibi Ut tua metra petunt. et quinta ibi U tibi longa datur. De prima parte actor poīt talem regulam. omnis pars desinens in a producitur vt ama spolia dona. Exceptis no/minatiuis accusatiuis et vocatiuis in a terminatis vt musa terra aqua. Excipitur vocatiuus terminatus in a quando descendit a nomine terminato in as. vt andreas andrea Excipiuntur etiam nomina terminata in ginta vt triginta et quadraginta. que indifferenter ponuntur. i. q̄ sunt communia: q̄ quandoqꝫ producuntur et quandoqꝫ corripiuntur. Postea preterea interea non breuiantur: nisi sint due dictiones q̄ tunc corripiūtur Et exceptis puta quando ponitur prout et ita et quia que corripiuntur. tamē dicit actor q̄ nomina greca terminata in a quandoqꝫ producuntnr vt melea. Statius. Et melea dubiis uitata coronis.

E correpta datur/exceptio multa paratur.
Grecum nomen in e produc: testis tibi tisbe.
Declinans per ae dipthongum nomina prime:
Et casus sextos in quinta dicito longos
Longum pone fame: quoniam famei dedit ante.
Et que componis de quinta: longa notabis.
Quare quothidie tibi testes hodieqꝫ.
Longum pone doce similis quoqꝫ tempora forme.
Eqꝫ vocatiuum dat nomen in es tibi longum
Nomen longa dabit aduerbia: si tamen apte
Comparat vt iuste/sed nec bene nec male crede
Producenda fore: quia neutrum comparat apte.
Sepe breuem ponis: quia non a nomine sumis.
Summi cuncta gradus aduerbia longa putauus.
Que nomen longum: qꝫ notaus et erit breuiandum
Ne te se longis simul e de pre sociabis
Ne (nisi cum dabit an) produc: fermeqꝫ fereqꝫ
Aut ve dabit curtam: dabit interiectio longam.

Nūc actor ponit talē regulā. oīs pars desinens in e corripitur vt mare. Exceptis noībus grecis in e teriatis vt ysiphile que producūtur. Et exceptis noībꝫ p̄ie declōnis teriatis ī ae diptōgo vt musae que similiter producūtur. Et exceptis ablatiuis quinte declinatiōis vt specie que similiter producuntur. et excepto isto nomine fame quod producitur q̄ antiquitus dicebatur famei. Et exceptis compositis a nomibus quinte declinatōnis vt hodie pridie et meridie que producuntur. Et excepta secunda persona presentis temporis imperatiui modi singularis numeri scđe coniugationis vt prebe doce q̄ sēper producitur Et exceptis vtis descēdentibus a ntis desinētibus in es. vt anchises in vocatiuo anchise

Et exceptis aduerbis descendentibus a noibus recipientibus cōparationē regularē: vt docte iuste que semper producuntur preter bene et male que corripiūtur. Et exceptis aduerbis a superlatiuo gradu descendentibꝫ vt doctissime iustissime. Que quando est nomen producitur et qn̄ est cōiunctio corripitur. Et exceptis dictionibus monosillabis: vt me te se e de pre que producuntur. ne pro an corripitur. et exceptis fere et ferme que producuntur. ve quando ponitur pro aut semper corripitur. et qn̄ ē interiectio sēper ꝑducit.

I dabitur longa: quedam volo demere greca
Sed mihi siue tibi vel vbi vel ibi quasi semper
Ad placitum ponis: breuibus quasi nisi iunge
Et sua composita
Vt tua metra petunt o ponis: deme datiuos
Ac ablatiuos: quoniam decet hos dare longos
Neqꝫ gerundiuis tua consule metra locandis
Que monosyllaba sunt semper producta manebunt
V tibi longa datur: exceptio nulla paratur.
Que dant b d vel m vel t debes breuiare
Excipe concisas dipthongum vel posituras:
Audit aut dicunt ex hoc testes tibi fiunt.
C longam ponis: nec lac donecqꝫ remotis
Hic poni poterit ceu metri regula poscit
L breuiare volo: sed nil producere quero
Ol vt sol iungis: et in el que barbara ponis.
Istorum multa tamen inuenies breuiata

Hic actor ponit talē regulam omnis pars desinēs in i producitur vt heri. Exceptis noibus grecis terminatis in i vt palladi/ et exceptis pronominibus michi tibi sibi et quasi nisi vbi et ibi cum suis cōpositis vt sicubi alicubi que indifferenter ponuntur. Ne tibi sit vanū post ocia ludere. versus. Ve michi: ꝙ sine ve non viuit filius eue. Ve michi nascenti: ve nato mox morienti. Vt tua metra petunt o ponis. hic actor ponit talē regulam omnis pars desinens in o indifferenter ponitur vt virgo lectio/ exceptis datiuis et ablatiuis desinentibus in o qui semper producuntur vt dn̄o magistro socio. Et exceptis dictōnibꝫ monosillabis vt sto no do flo que producuntur. Et exceptis gerundiis vt amando docēdo legendo audiendo que ponuntur indifferenter. V tibi longa datur. hic actor ponit talem regulam omnis pars desinens in u producitur. vt cornu gelu. veru. Que dant b d. omnis dictio desinens in b vt moab/ in d vt dauid. in t vt caput in m vt templum scannū corripitur/ nisi sit positio vt dicunt/ vel dipthongus vt aut/ vel sincopa vt audit pro audiuit. C longam ponis. hic actor ponit talem regulam omnis pars desinens in c producitur vt alec/ exceptis lac donec nec: que corripiuntur et hic pronomen corripitur. et quando est aduerbium tunc producitur. Sed moderni ponunt ad placitum vt dicit actor. versus. Donec eris diues multos numerabis amicos. Tempora cum fuerint nubila solus eris. L breuiare volo. Hic actor ponit talē regulā omnis dictio desinens in l. corripitur: vt pugil consul nichil. excipitur nil quod producitur. Ol vt sol iungis. hic actor ponit talem regulam. omnis dictio desinens in ol producitur vt sol. et nomina barbara terminata in el vt michael gabriel producuntur: tamen quedam breuiantur vt israel.

N producta datur: sed forsitan excipiatur:

Forsan et in tamen atqz dein iungas an et exin.
Rectus in a greci facit an quarto breuiari.
Si breuis est crescens genitiuus in ante suprema:
Ex hoc in recto decet n poni breuiando.
Quartus casus in on solet in greco variari.
Rectus produci:nisi neutra sed hec breuiari.
R breuiando locas:que sunt monosyllaba demas
Testes sunt ver par:et ab hoc que sumis vt impar.
Que tamen in multis breuiata locis reperimus.
Et breuis est fer per et cor vir terqz:sed ether:
Et crater ac hiber vsus producit et aer.
S lego vocali diuisum cuilibet addi:
Hinc leuius scitur:que syllaba quanta locetur.

Hic actor ponit talem regulam omnis dictio desinens in n.producitur vt titan pean.excipiuntur an forsan et forsitã et in atqz dein et exin.Et accusatiuus termĩatus in an descendens a nomine greco terminato in a vt oritian birrian. Et exceptis nominibus habentibus i breuem in genitiuo crescenti vt flumen fluminis nomen nominis .flamẽ flaminis. Et exceptis nominibus propriis terminatis in on vt demophon lichaon demon que indifferenter ponuntur.et exceptis accusatiuis grecis qui variantur vt pelion delon menelaon. R breuiando locas.hic actor ponit talem regulam omnis dictio desinens in r breuiatur vt pater mater.exceptis nominibus monosillabis vt lar per cur fur par cum suis compositis producuntur vt compar et dispar. Ab ista regula excipiuntur per fer cor vir ter que multotiens breuiantur.et exceptis crater ether et aer que producuntur quantum ad vsum. S lego vocali. Hic actor dicit q ipse ponet regulas discrete de dictionibz terminatis in s.qualibet vocalium sibi iuncta propter leuiorem doctrinam.

As longam ponis vt musas:sed breuiabis
Nomen in as grecum quod ponit in os genitiuum.
In greco variat pluralem tercia quartum.
Es producta datur:tamen hinc penes excipiatur.
Es cum compositis ut ades potes abbreuiabis.
Obliquus crescens(qui corripit ante supremam)
In recto curtam facit es:testis tibi miles
Sed res atqz ceres et spes sunt longa fidesqz
Rectus qui tenet i super es :nescit breuiari:
Cum tenet hic e breuem tenet ante tis in genitiuo:
Vt paries abies:sic vsi ponere patres
Forte tamen ratio concederet in breuiando
Multi dant longum pes et sua compositiua
Pluralem greci variatum sepe notaui

Hic actor ponit talẽ regulã oĩs dictio desinẽs in as producit vt musas pietas. Exceptis nominibus grecis quorũ gtus teriatur in dis vel in,dos vt pallas palladis vel pallados

Et exceptis accusatiuis grecis terīatis in as vt cicladas lāpadas que indifferenter ponūtur. Es producta datur hic actoꝛ ponit talē regulā oīs dictio terīata in es producitur vt proles moles fames. excipitur ista prepositio penes. et excipitur es cū suis compositis vt ades dees et potes. et exceptis noībus mutantibus e in i breuē in gtō crescenti. vt miles militis trames tramitis. Et excipiūtur ista noīa res spes ceres et fides: que producūtur. Rectus qui tenet i. nūc. d. actoꝛ ꝙ noīa terīata in es habētia i ante es ī ntō producūtur: vt paries aries abies. licet deberent corripi: cū habeāt e breuē ante tis in gtō. nos vero ꝓducentes sequimur vsū antiquoꝝ. multi producūt pes cū suis cōpositis. vt bipes tripes. Pluralē greci. nūc d. actoꝛ ꝙ noīa greca pluralia terīata in es ponūtur indifferenter. vt lampades nereides.

Is breuias sextum casum trahis atqꝫ datiuum.
Cumqꝫ suis addes monosillaba compositiuis.
In rectis breuio quis et is bis eis sociando.
Accentu longa verbi persona secunda
Plurali numero: facit is longam preeunte.
Hinc tibi sint possis pro teste velisqꝫ vel audis.
Protrahit is rectus: si protrahat i genitiuus
Crescens vt samnis: longumqꝫ tibi dabo ꝗuis.
Os longum ponis: tamen excipiatur os ossis
Cumqꝫ potis dabit os breuies vt compos et impos.
Nomen in as grecum breuiabit in os genitiuum.
Rectus in os greci ceu delos habet breuiari.

Hic actoꝛ ponit talē regulā oīs pars vel dictio desinēs in is corripitur vt vallis. collis. excipiūtur datiui et ablatiui terīati in is vt magistris dānis. et excipiuntur noīa monosillaba cū suis cōpositis. vt glis lis vis scis prescis nescis: quis et is et bis in ntō corripiūtur et excepta secunda persona presentis indicatiui modi vt audis exaudis. velis cuius penltima est producta in pl'i vt auditis velitis. et exceptis noībus seruantibus i longā in gtō crescenti vt quiris quiritis. et excepta ista dictione ꝗuis. Os longū ponis. Hic actoꝛ ponit talē regulā omnis dictio desinēs in os producitur vt mos flos ros: excipitur os ossis et preter cōposita de potis que breuiantur vt impos compos. Et preter gtūm grecū terīatū ī os vt archados pallados. Excipiūtur etiā noīa greca terīata in os vt delos delphos que indifferenter ponuntur. q2 secundū latinos producūtur et scd̄m grecos corripiūtur.

Os curtam ponis: tamen hinc monosillaba demis.
Declinans quarte genitiuum tresqꝫ sequentes
Plurali similes casus producere debes.
U genitiuus habens longam solet us dare recto
Longam: pro teste tibi sit tellusqꝫ salusqꝫ
Tu tamen horati doctoꝛ palus abbreuiasti.
Inuenies aliqua grecorum nomina longa.

Hic actoꝛ ponit talē regulā oīs dictio desinēs in us corripitur vt domus deus. Exceptis noībus monosillabis vt rus thus. Declinans quarte. nūc d. actoꝛ ꝙ noīa quarte declinationis facientia gtūm singl'em in us et ntōs actōs et vtōs pl'es in us excipiūtur q2 tales cas⁹ ꝓducūtur. vt man⁹ vsus. U gtūs hn̄s longā. hic p. aliā exceptōez d. ꝙ noīa tertie d̄clinatōnis termīata ī us habentia u longā in gtō excipiunt: q2 talia producunt ī ntō vt tel

lus telluris ſalus ſalutis. Tu tñ orati. Nūc dicit auctor ꝙ hoc nomē palus ſecūdū hora
tiū corripitur vt patet per iſtud carmen regis opus ſterilisqȝ diu palus apta qȝ remis.
Excipiūtur etiā quedam noīa greca ī us termīata que ꝑducūtur vt melāpus athomus:
et eſt corp⁹ qđ diuiſionē nō ꝑpetiť pp̄ ſui puitatē. Et hec de fialib⁹ ſillabis dicta ſufficiāt

Incipit vndecimum capitulum.

Accentus varias decet hinc diſtinguere normas:
Eſt grauis accentus et ſunt moderatus acutus
Et circunflexum multi tenuere priorum.
Hic grauis eſt: qui depremitur: nec tendit in altum.
Vt grauis incipiet: ſed in altum tendit acutus.
Acqȝ grauis medius et acuti fit moderatus

Iſtud eſt vndecimū capitulū huius libri. Poſtꝙ actor determinauit de productione ꝛ cor
reptione ſillabarū que pertinent ad bene eſſe grāmatice. nunc deteriat de aliis que faci
unt ad decorē illius bene eſſe. vtputa de accentu. Et diuiditur in duas partes. primo po
nit intentū ſuū. ſecundo proſequitur. ibi Eſt grauis accentus. Iſta diuiditur in duas. pri
mo determinat de modulatione dictionis. ſecundo de modulatione orōnis ibi Pauſat
tripliciter. prima in duas. primo determinat de accentu quantū ad modernos. ſecundo
quantū ad antiquos ibi Accentus normas. pria in. d. prio deteriat de accentu in genera
li. ſecundo in ſpeciali ibi Accentū tibi vox. prima in duas. primo ponit tres ſpecies accen
tus. ſecundo ponit notificationes illorū ibi Hic grauis eſt. iſta in duas. primo ponit rl'as
ſecundo ponit ſedes accentus ibi In primis mediis. Iſta in duas. primo ponit ſedes accē
tuum regentiū tm̄. ſ. moderati et acuti. ſecundo ponit ſedes accētuū tā regentiū ꝙ nō re
gentiū ibi Accentū per quē. De prima parte actor. d. ſic ꝙ decet diſtinguere normas ac-
centus varias. decet d. propter ordinationē poſitā ſuperius in principio. Dixit enī ꝙ p⁹
tractatū de correptione et productione determinaret de accentu. et ideo cū determiauit
de correptione et productione decet nunc deteriare de accentu. Item bene dicit diſtigue
re id eſt diuerſas partes tangere qꝛ cum ſint plures partes accentus oportet tangere. et
bene dicit normas in plurali numero cū diuerſe dictiones habeant varios accentus ſe-
cundū hoc oportet ꝙ plures dentur regule. Item bene dicit varias propter duo vel propť
accentū cum ſint plures ſpecies decet dare varias normas ſeu varias ſpecies. vel dicitra
rias propter ſillabas. qꝛ cū in dictione ſint plures ſillabe et quelibet ſillaba habeat ſuum
accentū variū ſecundū diuerſum ſitū ſillabarū debent varie regule aſſignari. Eſt grauiſ
accentus Hic actor proſequitur intentum ſuū determinando de accentu. vnde. d. ꝙ tres
ſunt accentus. ſ. grauis acutus et moderatus. et ſecundū antiquos erat circūflexus ſȝ tñ
apud nos non eſt. vnde accentus ſumptus generaliter ſpecificatur per iſta adiectiua gra
uis acutus et moderatus: et circūflexus. Hic grauis eſt. hic actor ponit notificationes ac
centus. d. ꝙ grauis acceutus eſt qui deprimitur. i. qui de alto in ymū primitur. i. depreſſe
profertur: nec tendit in altū grauis. qꝛ omē graue dr̄ ponderoſū appetit centrū. iō depri-
mitur. i. depreſſe profertur. Ut grauis incipiet. hic actor ponit aliā notificationē d. ꝙ ac
centus acutus eſt qui incipit vt grauis. i. ſicut grauis ꝛ tendit in altū vt michael gabriel
et dicitur acutus qꝛ omē acutū eſt leuis penetrationis et omne leue appetit ſūmū iō acu
tus accentus cū ſit leuis tendit in altū. Et notat differentiā accētus cū d. actor ꝙ grauis
accentus eſt qui deprimitur poteſt eſſe accentus. per hoc qđ d. nec tendit in altū facit dif-
ferentiam ab acuto qđ tendit in altu. ſimiliter cum dicit ꝙ tendit iu altum facit differen
tiam a graui quod non tendit in altum. Deinde qꝛ dr̄ grauē accentū et acutū cognoſciť
moderatus ideo poſt grauē et acutū ponit accentū moderatū. grauis enim eſt qui depri
mitur. acutus eſt qui tendit in altū. moderatuſ autē eſt qui nec tendit in ymū nec tēdit ī
altū ſed eſt in quadā equalitate prolationis. poſſet enim depingi cū quadā linea longa
ex tranſuerſo. ita ꝙ mediū non deuiaret ab extremis: et iō dicitur moderatus qꝛ in qua-

dā equalitate moderationis profertur:ita φ non deprimitur nec eleuatur sed profertur in quodam medio.et ideo dicitur accentus medius.vnde est quoddā mediū quod habet cognosci per extrema.

Est circunflexus grauis in primo:sed in altum
Tollitur:inqꝫ grauem recidit:sed cessit ab usu
In primis mediisqꝫ modo regimus moderato
Voces accentu:finis regitur sub acuto.
Accentum(per quem regitur)vox vltima seruat
Aut hunc iunctarum propius tenet vna duarum
Datqꝫ grauem iure quecunqꝫ carebit vtroqꝫ
Hos solos usu debes seruare modernos

Hic determinat de accentu secundū antiquos et d.φ accentus circūflexus erat antiquitus qui erat depressus in principio:eleuatus in medio:et depressus in fine. sicut dn̄o:roma:tamen non est in moderno vsu ut dicit actor. In primis mediis. Hic actor ponit sedes accentuum regentiū in dictione:et tales sūt moderatus et acutus.vnde.d.φ regens accentus qui est in primis sillabis vel mediis habet sedē suam in primis vel mediis sillabis.in primis vt deus in mediis vt amore. Postea d.φ accentus regens in ipsa dictione hꝫ sedē suā in vltima sillaba et tunc est acutus.vt michael gabriel. Accētū per quē.hic act ponit sedes accentuū tam regentiū φ̄ non regentiū.vnde d.φ accentus per quē vox regitur aut est in vltima sillaba vt michael gabriel.et talis est acutus.aut in penultima vt magnitudo.aut in antepenultima vt magnitudinis.et talis est moderatus.q2 vero accētus regens moderatus aliquando est in vltima. aliqn̄ in penultima que appropinquat vltime ideo d.actor.aut hunc iunctarū propius tenet vna duarū. Tamē tu debes scire φ si illa dictio in qua est accētus regens sit monosillaba in ipsa erit accentus regens.⁊ erit acutus . Datqꝫ grauē q2 dictū est φ accentus regens habet esse in fine dictionis vel ī penultima vel in antepenultima aut in fine cū talis regens accētus sit moderatus vel acutus et cū grauis accentus non sit regens in dictione ergo quecūqꝫ sillaba carebit illo accentu regente habebit accentū grauē et ita grauis accentus poterit esse in prima media vel vltima sillaba dictionis dū ibi non sit accentus regens. Postea.d. actor φ in vsu moderno habemus tm̄ tres accentus.s.grauē.acutū:et moderatū. Hic queritur quid sit accentus qui secundū pris.sic diffinitur. Accentus est regularis modulatio ad eleuandū vel deprimendū vniuscuiusqꝫ dictionis sillabā. Regularis modulatio d.ad remouendū interiectionē q2 lꝫ quelꝫ sillaba habeat accentū nō tamen quelꝫ sillaba hꝫ regularē accentū:vt patet de interiectionibus.per hoc φ dicit ad eleuandū tangit acutū accentū . ꝑ hoc φ d.ad deprimendū tangit accentū grauē. Et originē trahit ab isto verbo accino nis ui. accentū tu.adiecta enī s decerpitur hoc nomen quarte declinationis accentus tus. tui: dicitur accentus quasi ad cantū.q2 qui accentuat quasi canere videtur.

Accentum tibi vox monosyllaba reddit acutum
Sunt quedam quibus est grauis accentus quasi nullus
Vt coniunctiue voces et prepositiue
Dictio(cui tantum duplex est syllaba)seruat
Accentum supra primam:sit longa breuis ve
Ergo pro causa circum puta pone vel vna
Non declinata super extremas acuuntur:
Sic alias:acuis facit hoc distantia vocum.

De pronominibus aduerbia que facis addis.
Huic acuendo sonat si fiat syllaba bina.
Ii profers et dii debet tamen ii dupla scribi.

Hic actor determinat de accentu ponendo regulas speciales Et diuiditur in duas par
tes.primo ponit regulas de dictionibus monosillabis et dissillabis.scdo de polisillabis
secunda ibi Accentū seruat.Prima in.d.primo ponit regulā in dictionibus monosilla/
bis secundo in dissillabis.scda ibi Dictio cui tm̄.Ista in duas.primo ponit regulā in di
ctionibus dissillabis.secundo ponit exemplificationes ibi Ergo pro causa.ista in duas.
primo ponit exēplificationem simpliciter.secundo secundū quid ibi Oīs barbara vox
Adhuc prima in duas.primo ponit exceptionē a regula data de accentu in dictionibus
dissillabis causa differentie.secundo hoc facit per aliā rationē.secunda ibi De pronomi
bus.De prima parte actor dicit ꝙ dictiones monosillabe habent accentū accutū vt ros
mōs flos.et huiusmodi.Distinguebant enī antiquitus qꝛ aut dictio monosillaba produ
ducitur naturaliter vt ros.aut per positionē vt mons:et vtroqꝫ modo erat secundū anti
quos.vt ros mons.sed de tali distinctione nichil pertinet ad nos:cū apud nos non sit ac
centus circunflexus.Ab ista regula excipiuntur prepositiones et cōiunctiones monosille
q̄ non habent acutū accentū imo grauē accentū et quasi nullū.et licet actor hic nō loqua
tur tu debes hoc distinguere.et secundū qđ grecismus distinguit aut tales prepositiones
vel coniunctiones monosillabe sunt extra ordinē et tali modo habent acutū accentū.āt
ponuntur in oratione ordinate sicut prepositio preponitur suo casuali in ordinatiōe.ali
quando cū deberet preponi et tali modo habet silr̄ acutū accentū.Si autē ponatur ī orō
ne secundū rectū ordinem tali modo tales prepositiones monosillabe vel coniunctiones
habent grauē accentū quasi nullū.Dictio cui tantū.Hic actor ponit regulam in dictio
nibus dissillabis.et d.ꝙ dictio dissillaba habet accentū regentē supra primā sillabā et lꝫ
non dicat actor quis sit accentus sufficit sibi ꝙ dicat ꝙ sit accentus regens in prima silla
